

23724. 1203369 49.
DISSERTATIO INAUGURALIS,
de
DOMANIO
S. ROMANO - GERMANICI
IMPERII.

Quam
AUSPICIIS DIVINI NUMINIS,
Ex Decreto
AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM ORDINIS
IN ALMA EBERHARDINA,

P R A E S I D E
DN. GABRIELE SCHWEDERO,
U. J. D. Serenissimi Wirtemberg. Ducis Consiliario, ac Juris
Publici & Placitor, Feudalium Professore Publi-
co Celeberrimo.

*Domino Cognato, Patrono, & Preceptore Parentis
inſar venerando.*

PRO
Summis in Utroque Jure Honoribus
legitime consequendis,

I N A U L A N O V A

Ad diem XII. Novembr.

Solenni Eruditorum Examini
fistit.

JOHANNES EBERHARDUS PREGIZER,
Secretarius Extra Ordin. in Supremo Justitiæ
Consilio Wirtenbergico.

T U B I N G A,
Typis JOHANN. CONRADI REISII.
A. M. D CC III.

DIGESTATIO INTEGRALIS

**S R O M A N O - G E R M A N I C I
I M P R I M I**

ANABOLICUS DIVINUS NUMINIS

IMPRESSA JURISCONSULTORUM ORDINIS
IN VENIA FERIARIONA

U. T. D. Seidenberg W. H. Campbell, D. G. C. County, Inc., vs. James
B. Phillips & Sons, Inc., F. Englehardt, Plaintiff Petition for Judgment
DN. GABRIELLE SCHMEDERO

Domingo Godoy, Filho, & Filha de Francisco Paredes

Summarized in Figure 1, the following sections describe the U.S. and European Union's experience with the implementation of the Kyoto Protocol.

АУОИ КЛУА И


የኢትዮጵያ የፌዴራል አገልግሎት

Sociedad Técnica Popular

卷之三

*Secundum Ex. 44. in quibus omnes
Confitentur. Ad quod etiam
Iohannes Eberhardus precepit.*

Johann Conrad Reiser
A.M.DCCCLVI



THESES I.

Vix ullum in universo Orbe reperitur Regnum, vix ullus Principatus aut Respublica, cui non sacrum suum sit DOMANI-
UM, h. e. cui non sua sint bona. Regi vel Principi à Populo
constituta, ad percipiendos inde fructus ac Reditus, pro fusi-
nibus Regni, vel Principatus, aut Reipubl. oneribus : vid.
Choppinus de Domanis Francie, lib. i. Tit. i. ubi diverorum Populorum
recenset Domania; nimur Romanorum, Constantinopolitanorum, Sy-
riorum, Gothorum, Persarum, Aegyptiorum, Lacedæmoniorum, Cartha-
gincensium, Macedonum, Turcarum, Longobardorum, Hungarorum, An-
glorum, Scotorum, Neapolitanorum, Polonorum, Gallorum. Ea vero mi-
fera Imperii nostri Romano-Germanici hodie est conditio, ut pauca ad-
modum, aut nulla fere eidem supersint bona, quibus Sacratissimus Impe-
rator Augustam suam sustineat ac tucatur Dignitatem & Majestatem, im-
minens Imperio propellat periculum, illius subveniat necessitatibus, com-
moda promoveat, damna avertat, ac onera ferat: Sed omnia hæc propriis
sufferre cogatur sumtibus, qui ad Majestatis Imperialis culmen evectus;
haecque etiam causa est, quare Dignitas Cesareae Statibus quibusdam obla-
ta non semel recusat, vid. Sleid. l. s. p. m. 24. Joh. Petrus Ludovici in Germ.
Principi l. s. c. i. p. 26. & 35. & l. 2. c. i. p. 12. & tot jam annorum deuersu
Augustissima Familia Austriae Imperii Sceptro potita sit. Olim autem non
erat sic, verum suis etiam Imperium nostrum ad aliorum Regnorum
exemplum dิตatum fuit Bonis Domanialibus, ad summi Imperantis ac
Reip. necessitatem, utilitatem ac dignitatem destinatis, quod habita tempo-
ris ratione paucis seqq. Thesibus demonstraturi sumus.

II. Non autem spatio ambitu excurrere lubet in antiquissima Roma-
ni Imperii tempora, & veterum Romanorum Imperatorum indagare at-
que describere Patrimonium, quod duplex, Publicum nempe & privatum
fuisse, ex l. 39. §. 8. ff. de Leg. i. & l. 3. §. fin. ff. de Jure fisci. l. 6. §. ult.
ff. eod. indigitasse sufficit; quorū hoc comprehendit bona, quæ quis-
que Imperatorum suo nomine possedit, ut privatus sine consideratione Im-
perii

A

perii

perii aut Principatus possedit, quasi propriam substantiam à suis Progenitoribus, sanguinis alioque Jure sibi delatam, vel propria industria acquisitam, non solum corporalibus, mobilibus & immobilibus, sed Juribus quoque & Actionibus inclusis. Ejus curam & administrationem gesit Procurator Cæsaris ita dictus *I. i. ff. de Offic. Procurat. Cæsaris*, nec non Comes Rerum privatarum, illustri dignitate excellens, cuius officium fuit gubernare privatam Principis substantiam, que non ad largitiones & expensas, ac falaria Militum, sed ad privatos usus Principis erat destinata. *Wesemb. ff. d. r. & C. de Offic. Comi. rer. privat.* Hoc constituebant Bona Imperii, quæ Imperatoria Potestatis Jure, ac titulo Augustæ Majestatis Impp. obveniebant, ut ex illis quotidiani sumptus ferent ad publicam & communem Reipubl. utilitatem, in ordinaria negotia, quæ tum ipso Imperatores, tum Imperium respiciebant, utpote in Stipendia Aulicorum Officiorum, Magistratum, ac similiump. impндenda. Sacrum hoc Patrimonium Imperii causa constitutum indissolubili nexu Coronæ annexum, & ab omni privatorum jure exceptum, gubernabat ac administrabat Comes Sacri Patrimonii. Vultejus *Jurispr. Rom. I. i. c. 13. n. 84.* Schilter. *Exerc. 28. th. 28.* Sed nos manebimus intra Limites & Pomæria Sacri nostri Romano-Germanici Imperii, quo nomine venit Resp. nostra Germanica, & animus nobis est inquirere saltem in Domanium Regum & Imperatorum Romano-Germanorum.

III. Cum vero antiquioribus temporibus Majores nostri Germani, nondum unam constituerent Rempubl. sed in tot fere distributi Civitates, quot diversi illorum Populi fuerunt, (qui quibus discreti nominibus, partitum tradidit Tacitus *de Mor. Germ. c. 28. seq.* ubi videndi sunt Commentatores Beutherus, Jodocus Willichius, Beatus Rhenanus, Andreas Althamerus, Henricus Glareanus, & alii, qui quibus appellationibus hodie singuli veniant, diligenter annotarunt) imo ad propulsandum commune pecunialum magno suo malo vix foedere aliquo conjuncti fuere, (unde tandem, dum singuli pugnarunt, universi vieti, hostibus in prædam cœserunt,) illorum Reges, Dukes ac Principes, quos tunc habuerunt, de propriis potissimum Bonis etiam vivere oportuit: Nulli enim istis è Regis vel Principis nomine ac dignitate Reditus certi fuerunt, nisi quod Tacitus *d. I. de Mor. Germ.* scribit: *Morem fuisse Civitatibus ulro & virutum conferre Principibus vel armeniorum vel frugum aliquid, quod pro honore acceptum, necessariibus subvenit: Deinde & levioribus delictis pro modo panarunt, eorumque numero convictos multatos, par-*
tem-

temque milite Regi vel Civitati, partem ipsi, qui vindicatus, aut, si hic intererimus, propinquus ejus exsolutam fuisse.

IV. Postquam vero Bructeri, Chamavi, Catti, Chauci, Ampsivarri, Cherusci, Ulpii, Tencteri, Salii, Bulgibinii, Chassuarri, Angrivarii, aliquae Germaniae Populi, assumpto novo, à tuenda Libertatis studio, nomine, quo universi in posterum appellaruntur, Franci nempe, i. e. Liberi, in unum coiverunt corpus, & Valentimiano Imp. sublato, Ditiones ad Rhenum à Romanis in formam Provinciarum redactas, pulsis inde Romanis, occuparunt, viciisque successivè Frisia, Slavis, Alemanni, Bojariis, Thuringis, Saxonibus, Suevis, Burgundionibus, ceterisque, qui supererant, Germaniae Populis, Principatum in Germania obtinuerunt, Regnumque à se cognominatum condiderunt, quod protensis in Galliam & Italiam finibus amplissimum, Bonis ac Reditibus ex subactis Provinciis ad tunc Ium Majestatis Decus ditissimum ac potentissimum evasit, ipsumque Romanum in Occidente ad se pertraxit Imperium, novam Germania Regiminis acceptis ac induit formam: Devictis enim Alemannia & Bavaria Regnis, Francorum Reges ipsi praeferunt Duces, qui non tantum ductum Exercitus, quemadmodum antiquiores illi Germanorum Duces, habebant, sed & alia potestate in Pace, precaria tamen & non sua, ut Magistratus ad certum tempus, vel ad dies vitae, nondum tamen hereditario jure, pollebant, & certis Reditibus ex Ducatis istis seu Regionibus ad sustentationem amplioris jam status sui gaudebant. vid. Lehmannus in *Chronico Spinens lib. 2. c. 16.* Leges autem ferre, & Tributa atque collectas subditis indicere, sine Regis, Regni mandato & iussu nequibant; ipsique Dueatus, quibus praefuerere, erant in ditione & proprietate Regni, cuius Officiales erant Duces, Legibus in regendis Civibus adstricti, & certa portione preventuum, qui de cætero ad ipsos pertinebant Reges, propterea ditati: Und hattent hierum ein bestimmten Theil des Landes Nutzungen und Gefall einzunehmen / saint den Graven / die sonst im übrigen den Kbnigen gehörten; Ab his Preventibus diversa erant bona, quæ Duces à Parentibus & Majoribus suis habebant propria, (Land-Güter) Hereditario Jure, vel quæ ipsi dotti, emptionis, donationis, vel alio ad transferendum dominium habili titulo acquisiverunt, & inde quoque sustentationem Status sui habuerunt, quorum intuitu tamen Duces non erant, nec nomes aut titulum ab his habebant, sed à suo Officio, cui à Rege propter Regni salutem & commodum erant præfetti, de quibus notanda sunt verba Vadiani

lib. i. de Collegiis Monaster. in Germ. veteri : Franci Regni Regnum suum Ducum maxime & Comitum opera moderabantur , qui in illa quidem atate non suam eou propriam , sed publicam Regni ditionem administrabant. Perinde enim ut apud Romanos ProConsules, Presides , Quaestores , Procuratores ; ita in Francorum Regno Duces , Comites , & qui Camera Nuncii dicebantur , aliena potestatis functionem gerebant. Horum Ducum autem singulis duodecim Comites à Rege & Regno primis temporibus , ut Adjutores Regiminis adjuncti fuerunt. Ita enim Annales Francici : Pipinus Griphonem Fratrem suum Ducum more duodecim Comitatibus donavit.

V. Post Dukes erant proximi Comites , nullis adhuc inter hos sub Mervings Regibus intermediis aliis Principibus , uti deinceps à temporibus usque Friderici I. Imperatoris. Comites autem erant Regis Regnique Francorum Officiales , & Judices (Land-Richter) certi alicuius Pagi (Gau) vel Comitatus , in quo Regnum Francorum distribuebatur , qui Comites in Historia Francica quoque appellantur Principes , Proceres , Optimates , & Primores , quorum officium unice Justitia destinatum , ut in causis criminalibus & Civilibus , Ecclesiasticis & Secularibus in toto Pago seu Comitatu , cui praerant , Jus dixerint , & delinquentibus juxta Regni Leges poenas inflixerint. Et hi juxta Bonae sui propriae , ad conservationem Status sui pertinencia , habebant quoque à Rege & Regno alia singularia Bona & Jura , quibus potiebantur. Nomen autem Comitum erat tunc Officii , non Illustris alicuius Stemmati nomen , & titulum hunc nullus Heredum , nisi qui Patri in ejusmodi Officio succedit , gerebat. Pagus autem (ein Gau) vel Comitatus , cui talis Comes præterat , erat Districtus alicuius Provinciæ , in quo Urbs quædam primaria cum aliis oppidis & vicis continebatur.

VI. Comites autem propter administrationem Officii sui salario ex multis , & aliis preventibus Judiciorum habebant , non ab ipso Rege vel Provincia ; ipsaque sustentatio Judiciorum incumbebat partibus coram his litigantibus , uti constat ex Legibus Bojoariorum cap. 3. tit. 2. Comes autem (ein Gau-Grab / Land-Richter) habebat quasi Locum tenentes Comites Centenæ , die Cent-Graven / in quales Centenæ (Benten) Comitatus erant divisi , scilicet in Vicos , qui juncti suberant judicio unius Centenæ Comitis , cui incumbebat injurias , (die Frevel) debita , & alias res minoris momenti cognoscere & dirimere , gravioribus causis & maleficiis rebusque controversiis , quæ libertatem , hæreditates & dominium concer-

ne-

nebant, ad Comitum Jurisdictionem pertinentibus. De Comitum autem Bonis & proventibus haec tradit Lehmannus in *Chron. Spir. lib. 2. c. 18.* Die Graven oder Königliche Land-Richter haben neben ihren eignethümlichen Gütern zu Erhaltung ihres Stands vom König und dem Reich sonderbare Güter an Wäldern / Aeckern und Wassern und darzu gehörigen Gerechtigkeiten in Besitz und zu nutzen und niesen / auch sonderbare Königliche Leibeigene gehabt / die solche Güter der Herrschaft zu Nutz erbauen / bestellen / und handhaben müssen: Addit Fuchsius ex Gregorio Turonensi *lib. 6. cap. 22.* & *lib. 7. cap. 23.* Dass die Graven auch auf die Schätzungen und dergleichen Achtung haben / und dieselbe einbringen müssen. Alius ab hoc fuit mos veterum Germanorum à Taciti ævo ad Francorum tempora , citante Lehmanno, quoad Xenia observatus, dass ein jeder Unterthan seiner Obrigkeit zu gewisser Zeit des Jahrs von den Früchten / die er erbauet und von seinem Vieh / jeder nach seinem Vermögen nicht aus Schuldigkeits sondern aus freiem Willen eine Verehrung gethan ; daher diese ihr tägliches Auskommen ihrem Stand gemäß geschöpft. vid. Angelius *tib. 5. c. 83.* de Xenis Comitum, quem morem notat quoque Ludovicus I. apud Pythagor in concessione Hisp. facta : *Si propter lenitatem & mansuetudinem Comitis sui , eidem Comiti honoris & obsequii gratia , quipiam de rebus suis exhibuerunt , non hoc eis pro Tributo aut censu computetur , aut Comes ille vel Successores ejus hoc in consuetudinem præsumant.*

VII. Supra ejusmodi Comites autem erat Comes Palatii Regii , vel Palatinus, Psaltz Gray ad quem causa maximi momenti, præsertim Nobilium , & alia , vel à Comitibus non decisæ , vel ab his judicatae per appellationem devolvebantur. Qualis Palatinus Comes ab initio unus tan um fuit in Palatio Regis , ex prima Nobilitate & Regio Sanguine aslumtus ; postea illorum plures fuerunt in diversis Regni partibus , dicti etiam Maiores Domus , proximam post Regem Dignitatem habentes , etiam ante ipsos Duces & alios Comites , inter Officiales tamen Aulae Regiae , & non Status Regni connumerandi cum potestate jurisdicendi: vid. Peucerus *l. 5. Chronic.* & Aventinus *l. 4. Annal. Boicorum* , ubi inter officium Comitis Palatini refert, quod Fiscum Augusti quoque prædia Salica, Reditus Regios procuraverit , & Cæsar Censum illum exigerit : addit Lehmanni Chronic. Spirensis *lib. 2. cap. 9. & 10.* ubi etiam agit de Missis Regis , qui Reditus

Regios in qualibet Ditione , & multetas , Cameræ Aulicæ debitas descri-
pserunt.

VIII. Non prætereundus hoc loco plane est Fiscalis Regius , vel Actor
Fisci & Autor Dominicus dictus , qui Judiciis quoque interfuit , de quo Capit. l. 4. c. 33. Hie in causis , qua Regem concernebant , coram Judicio accusa-
tionem instituit , & in tutela sua habuit Regis homines proprios ; die 9.
nigliche Leibeigene , qui hinc homines Fisci , Fiscali & Fiscales dicti , de
quibus Capit. loco citato : *Si Servi vel Ecclesiastici , vel quorumlibet Libe-
rorum hominum in Fiscum nostrum confugenint in Loca Fiscaleina , id est
Civitates aut villas Regias , & a Dominis vel Advocatis eorum repetiti fuer-
int , si Actor Fisci intellexerit , quod eos iuste non possit tenere ad nostrum
Dominium , ejiciat illos de eodem Fisco , & recipiant illos Domini eorum . Et
si eidem Actori visum fuerit , quod ad nostrum pertinere debeant Dominium ,
expelleret eos de eodem Fisco , & postquam ab eisdem repetitoribus fuerint re-
cepti , habeat cum eis actionem legitimam , & sic eos , si poterit , ad nostrum
vindicet possessionem . Quicquid multetas in Judiciis impostum fuit , de eo
juxta causarum qualitatem dimidia vel tertia pars , vel totum debebatur ,
quas multetas Fiscalis Regius colligit . Capitul. lib. 30. c. 30. l. 4. c. 22. Gré-
gorius Turonensis de miraculis S. Martini l. 4. c. 26. Lehmannus in Chron.
Spir. l. 2. c. 24.*

IX. Sacris Ecclesiis tunc prærant Episcopi , nulla plane Principum Di-
gnitate , nullisque horum proventibus pollentes , sed verbum DEI tantum
prædicantes , & Ecclesiæ Scholasque administrantes . Munus enim eorum
confistebat in docendo ordinandoque Ecclesiæ & Scholas , atque in coer-
cendo illos , qui publice & cum scandalo contra Divinam Legem pecca-
bant , in quos Banno & Poenitentia Ecclesiastica animadvertebant , alia Po-
testate & Jurisdictione Civili diu substituti ; ac sicut omnes Presbyteri &
Pastores , Abbates quoque exiguo proventu & pauca Bona habuerunt ,
nisi ipsi ut Nobiles & Liberi ex bonis suis hereditariis aliquid largius Co-
nobis nonnunquam contulerunt . Sustentabantur vero ex Oblationibus
fidelium , quas in templo suscipiebant Diaconi & Subdiaconi , & Altaribus
superimponebant . Sacerdote oblata sanctificante , & Diaconis oblata di-
spensantibus , teste Rabano Mauro de Instit. Cleric. l. 1. c. 7. & 8. Et ita
decernebat . Concilium Matisconense secundum Anno 587. c. 4. ut omni-
nus diebus Dominicis Altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus affer-
atur tam panis quam vini . Quod repetit quoque Carolus M. Imperator ,
ut

ut videtur est in Capitulo. lib. 5. c. 219. & l. 6. c. 177. Et 305. De his autem quae in Altari accesserint, ut tertia pars fideliter Episcopis deferatur, duæ Clericis, sancivit Synodus Aurelianensis prima, c. 15. Fiebant autem Oblationes Domino à fidelibus in mancipiis quoque, in agris, in vineis, sylvis, pratibus, aquis, aquarumque decursibus, petris, artificiis, vestimentis, pellibus, lanificis, artificiis, librīs, utensilibus, pecoribus, pascuis, membranis, mobiliis & immobiliis, vel quæcumque de his rebus, quæ ad laudem DEI sunt, vel supplementum Sanctæ DEI Ecclesiæ, ejusque Sacerdotibus, atque ornatum præstare possunt Domino Ecclesiæque, sive à quibuscumque altero offerebantur, DOMINO indubitanter consecrabantur, & ad Jus pertinebant Sacerdotum. Quæcumque autem ita Ecclesiæ tradita fuerunt, illa ipsi DEO oblata & dedicata, ipsisque Sanctis & non alteri fuerunt.

Alter proventus Ecclesiæ erant Decimæ omnium fructuum, quos solum tulerit, ad sustentandum Clerum & Presbyteros in urbibus, viciis, & pagis. Sic Synodus Matisconensis decrevit, ut Decimas Ecclesiæ stiticis famulariis cere monis populus omnis inferat, quibus Sacerdotes aut in pauperum usum aut in captivorum redemptionem prorogatis suis Orationibus pacem populo ac salutem impetraret. Si quis autem contumax his statutis extiterit, à membris Ecclesiæ omni tempore separatus fuit: Id quod etiam Constitutione Carolina sanctum est. Non decima autem solum pars, sed & nona fructuum Ecclesiæ, quibusdam in locis data fuit, ut ex Capitularibus Francorum constat, lib. 5. c. 11. & l. 1. c. 102. Ex his omnibus autem ut quatuor partes fierent, Canones Sacri instituerunt, scilicet una ad fabri-
cam Templi relevandam, altera pauperibus distribuenda, tertia Presby-
tero cum Clericis suis habenda, quarta Episcopo reservanda: nisi forte à Dotoribus, ubi specialiter res danda sint, constitutum fuerit, juxta Decre-
ta Conciliorum & Capitulat. l. 1. c. 87. l. 5. c. 114. l. 7. c. 58. Similiter quoque administrari ab Episcopis debuerunt Dotations, Monasteriis factæ, juxta Constitutionem Caroli l. 1. 87.

Et hæc bona Ecclesiæ nullus Episcopus vel Clericus vendere, alienare, aut mutare potuit, prohibentibus hoc Juribus Sacris & profanis; reser-
vata tamen Episcopis facultate, ista permutandi cum aliis Bonis immobi-
libus, si hoc magis proficuum Ecclesiæ visum fuerit, vel locandi ad suspen-
tationem meliorem Presbyterorum & Monasteriorum, uti hoc Synodus Aurelianensis concessit. v. Baronius Annal. 819. n. 5. Lehmann. in Chro-
nic. Spirens. l. 2. c. 37.

X. Postea cum Bona Ecclesiæ à Regibus Francorum, Pipino præfertim, Carolo M. & imprimis Ludovico, qui Pii inde nomen accepit, & Successoribus horum, aliisque Principibus, Nobilibus & liberis Civibus valde augerentur, & jam istis magna prædia, vineæ & alia immobilia æque ac mobilia bona, Pagi quoque & Vici, Communitates & Homines Proprii accederent, & hicce omnibus administrandis Procuratores necessarii videbantur, ne Episcopi illis intenti, à muneribus sacris contra Conciliorum & Synodorum Decreta avocarentur, Advocati antiquitus Ecclesiæ & Cœnobitis à Regibus præficerentur, tanquam Oeconomi & Administratores Ecclesiasticorum Proventuum, qui Vice Domini quoque dicti, item Bvgt. Ræsten. Bvgt / de quibus vid. Capitulat. l. 3. cap. II. 27. 31. 1. 5. c. 234. l. 4. c. 3. l. 7. c. 307. & aliae Canonicae Sanctiones. Hincmarus c. 7. & 31. Angelius lib. 5. tit. 37. c. 2. & 3. Et tales Advocati Ecclesiæ & Collegii Sacris atque Monasteriis dabantur Duces, Comites & Personæ illustres, Cumque postea sub Saxonice Imperatoribus Principes, Comites, aliquae Dynastæ propriæ Ditiones & Bona sua legasset Ecclesiæ, ipsi sibi & hæreditibus suis reservarunt Jus Advocatæ, & Secularis Administrationis in illis, unde factum, ut ipsi quandoque Reges & Imperatores ejusmodi Advocati & Bonorum Ecclesiæ Patroni essent.

XI. Progrediendum nunc est adipſa Bona Regum Francorum, & Imp. Rom. Germ. Familia Carolinae in primis, quorum Terræ, Ditiones, Reditus, Proventus, & quicquid Bonorum nomine venit, duplicitis erant conditionis. Illorum enim quedam propria fuerunt & hæreditaria, quæ ipsi a Parentibus vel Cognatis, aut aliis mediis legitimis, acquisiverunt & administrarunt, uti alii quoque Principes ac Ordines Regni res suas proprias possederunt, de quibus libere actibus inter vivos, donando, alienando, vel per ultimam voluntatem testamento disponere poterunt. vid. Capit. Franc. lib. 4. c. 34. Et hoc erat Patrimonium Regum, ipsi Corona Regni non unitum, quod ita observavit Carolus M. ut si forte successio Regni cum Corona ad alios extra familiam transiret, Hæredes tamen sui & posteri nihilominus ex illo statum suum in Regno digne gerere potuissent: Et hæc propria & Allodialia Bona Germanico Idiomate dicebantur Alode; vid. Capitul. l. 1. c. 192. & ibi glossam. Deinde Ludovicus Imperator Caroli M. Filius Bona hæc & Villas Regias à Patre & Majoribus acceptas fidelibus suis nimia largitate tradidit in possessiones sempiternas, teste Thegano de gestis Ludovici Imperatoris; quare posteri illius ad extremam inopiam redacti

dacti sunt, & Carolinorum Nomen ac Gloria cum ipsa gente desicere ce-
pit. Nepos enim hujus Carolus Crassus, licet juxta Regnum Germaniae
Imperium Romanum & Italianam adeptus, hisce tamen postea extus, non
tamen denique patrimonii habuit, ut inde tanquam privata persona vive-
re potuisset. Misit ergo ad Arnolphum, ex Imperatore effectus egenus, &
desperatis rebus non de Imperii dignitate, sed de vietu quotidiano cogi-
tans, tantum alimentorum copiam ad subsidium vite praesentis supplex
expoposcit, unde illi Arnolphus Rex nonnullos Fiscos in Alemannia pro
alimonia prebuit. Regino lib. 2. Anno 887. Lehmannus in Chron. Spir. l. 2.
c. 44. & ibi Dn. Fuchsius.

Deinde ad dictos Reges & Imperatores propter Regnum Germaniae,
& nomine hujus, sub nomine & specie bonorum Dominalium pertine-
bant omnes Regni Ducatus, Principatus, & Comitatus, cum Oppidis, Vi-
cenis, & Communitatibus, qui non in alterius Patrimonio, sed Regni pro-
prii fuerunt.¹¹ Dueces enim, Principes & Comites nil nisi Regni Officiales
fueru[n]t, & Ditiones, quibus regendis & tuendis, nec non Jurisdictioni in
iisdem exercenda praefecti, non ad illos proprio aut hereditario Jure perti-
nuerunt, sed Regni & Regis nomine easdem administrarunt, uti constat ex
Nithardo l. 1. Histor. & Lehmanno in Chron. Spir. l. 4. c. 1. hotanter scri-
bente: Bey Zeiten Ludovici des III. welcher regiert Anno 903. und vor
derselben Zeit seynd Herzogen Marg Graffen Pfalz Graffen
und Ritter nur Nahmen der Aempler gewesen / und nicht erbliche
Herlichkeiten: Die Herzogthumb und Graffschafften waren nicht
der Herzogen und Graffen sondern des Reichs Koenig und Koeniger.
Omnium enim Regionum, urbitum & communitatuum hereditas & pro-
prietas penes Regnum erat, & ista Rex, quamdiu vivebat, ad conservatio-
nem Status sui Regii tenebat; istorum autem alienandi, vendendi, op-
pignorandi facultatem non habuit, æque ac Tutor & Curator circa Res
pupilli & minorum, Maritus circa dotalia bona uxoris hac potestate de-
stitutus. vid. Turen. Histor. l. 9. c. 12. nisi Rex cum consensu populi &
Ordinum Regni ob graves causas erga Statum quendam & Membrum
ejusmodi Regni quid fecerit; Qua de re Hotomanus in Franco-Gallia
l. cap. 9. ita scribit: Eß Domaniun Regium quasi Dux Regi, sive quasi
quidam ususfructus certarum possessionum, Regi ad tuendum dignita-
tis sue splendorum attributus.¹⁰ Dixi quasi ususfructus, propterea quod
earum possessionum proprietas penes populum manet, neque ulla ejus.

pars alienari à Rege potest sine Populo Autore, hoc est sine Ordinum & publici Concilii consensu. Item patet magnam esse differentiam inter Patrimonium & Domanium Regale. Nam Patrimonium ipsius Regis proprium est, Domanium vero Regni, atque ut vulgus loquitur, ipsius Coronae. Illud pleno jure Regis est, atque ideo plenam & summam ipsius pro voluntate alienandi potestatem habet. Hujus nuda proprietas est penes universitatem populi, sive Republicam, ususfructus autem penes Regem, qua de causa nullam ipsius alienandi potestatem habet. Ac plane verissima est Doctorum hac de re sententia, par idemque esse Ius Regis in suum Domanium, quod est Viri in dotem sue uxoris. Et hæc bona Regni Terra ac urbes dicebantur *lora Fiscalia, Fiscalina bona, Königliche Kammer-Güter* quia Reges non solum ad conservacionem Status sui, sed & ad tutelem & defensionem Regni omnes redditus, utilitates & proventus ex illis percipiebant, & Fisco inferebant. Fiscalina igitur bona dicuntur, quæ Principi ad tuendam dignitatem suam Populi voluntate attributa sunt, sive ea in pecunia numerata, sive in prædiis, sive in Jure consistant. Hotomannus in *Franco-Gallica c. 8.* cuius tamen Autoris scriptum Juribus Regum in multis inimicum & nimis Democraticum, dum plus interdum Populo in Reges tribuit, quam justum est, non per omnia approbamus. Pari ratione ad Reges & Imperatores Carolinos pertinebant Episcopatus, Abbatias, eorumque redditus, uti ex *Annalibus Francicis Fuldensibus* tradit idem Lehmannus l. 2. c. 44. p. 187. Dar aus erscheint, daß die Bisithum/Abteyen/Graffschafften und Gauw niemand dann dem Reich und König/ und dergleichen keines weder Bischoffen/Abten/Graffen/Fürsten oder Herzogen eigenthümlich oder erblich zugestanden/ sondern aller Landschafften/Städte und Gemeinden Erb und Eigen dem Reich zugehört/ welche ein König/ so lang er gelebt/zu Erhaltung seines Königlichen Standes vom Reich in gehabt/genußt und genossen ic.

XII. Inter ejusmodi redditus & proventus Regni Domaniales, ex dictis Ditionibus percipiendos, referebantur *primo Tributa*, sed non talia qualia Romani perpetua imposuerunt Provinciis à se subactis, ad solvenda militia onera & compescendos viatos: Ejusmodi enim Tributa Germani sub Francis Regibus non praesiterunt, sed ob hac & alia servitia Romanos Germania expulerunt, vid. Toton, in *Histor. Franc.* l. 7. cap. 15. Omnes itaque Nobiles & Liberi homines in hac dextra Rheni ripa ab omni-

omnibus Tributis & Collectis erant immunes & avertendo huic servitio
onore belli onus reliquum in se suscepérunt, ipsi contra hostes sanguinem
& vitam impendentes pugnarunt, nec Regi suo concesserunt milites ob
flūpedium alere. Vocabulum Tributi autem in Germanoru[m] Historia
& priscis Legibus omne notat, quod ad Fiscum Regium pertinebat. Non
nulli per Tributum idem intelligent, quod vernaculo sermone dicitur
Berg, id est certam, sed exiguum pecuniam, quam Reges prædiis (den
Feld und Bau[...] Gütern) imponebant, subditis ad usum suum cultumque
concessis, qualia Prædia qui possidebant, sive Clericus sive secularis Status,
Ecclesia quoque & Monasteria, quotannis, certum quid Regis Cameræ in-
ferebant: vid. Capitul. I. c. 24. & 37. & Turon, Histor. l. 10. Goldastus
Tomo I. Rerum Alemann. part. 2. c. 10. Alii per Tributum significant
omne id, quod Principes & Civitates Regi vel Imperatori, si quando is
præsens ipsi fuit, præstare obligabantur, maxime quoad Vi[sta]ria & Pa-
bula pro Viris & equis ad apparatum Aulicum, nec non currus, equos,
naves, & quicquid ad iter necessarium, diversoria quoque & stabulatio-
nes Friderici I. Imperatoris a[...], Otto Frisingensis l. 1. c. 12. de gestis illius
scribit, quod tantum Regibus Jus terræ tributum sit, ut ex omnibus, que
Terra producere solet, usui necessariis, exceptis viis bobus & seminibus ad
excolendam terram idoneis, de ceteris quantum neceſſe fuerit, militi pro-
futuri, ad regios usus suppeditare æquum arbitratum fuerit.

XIII. Altera species ejusmodi proventuum fuit *Bannus* *Dominicus*
sive *Regius*, des R[ei]kings Baum/ oder *Bam*/ *Pfennig*/continens mul-
tam pecuniarum sexaginta solidorum, que illis imponebatur, qui aliquid
gravius deliquerunt, ut qui Regi vel illius Legatis resistebant, vel injuriam
inferte ausi sunt. Capitul. I. 3. c. 64. l. 4. cap. 14. 18. 22. 31. & 32. vel si
persona sacri Ordinis in templo vulnerata aut occisa, vel aliquis Poenitentia
Ecclesiastice intentus, interemptus sit, aut alterius Sponsam abduxerit,
vel iter facientibus fine Regis concessionē vestigal extorserit, aut falsos
monetarios promoverit, vel alia delicta commiserit, quæ juxta Leges in
Bannum *Regis* incidebant; Qualis multa pecunaria ad Cameram Re-
giā spectabat, & per totum Regnum singulis annis magni stetit. Si quis
autem non haberit, unde illam sumnam solverit, semetipsum pro Va-
dio, h. e. pignore, in servitium Principis tradere debuit, donec per tem-
pora ipse *Bannus* ab eo fuit persolutus, & tunc iterum ad Statum Libertatis
reversus fuit. Capitul. I. 3. c. 67. Et hic *Dominicus* *Bannus*, si illum Rex

vel Imperator edixit, Major dictus fuit, alias Minor, qui & ipse certa summa auri argentei solvebatur, ut ex Legibus Francorum & Alemanno-rum constat. Alius generis est proscriptio, quam hodie Bannum vocamus, die Acht sive die Reichs-Acht, quae est vita, famæ, & rerum omnium, ejus, qui huic dura poena subicitur, periculum & jactura. vid. Dn. Praes. *Introduct. in Jus PUBL. part. spec. sect. 1. cap. 21.*

XIV. Tertia species hue pertinens fuit *Heribamus*, quo notabatur primo vocatio Regis vel Imperatoris ad exercitum publice promulgata, ut omnes, quos ordo tangeret, contra hostes Regni parati essent, & qui tali mandato non parebat, vel sine Regis permisso domi manebat, talis incidebat in Bannum Regium vel poenam sexaginta solidorum, de qua vid. Lehmannus in *Chron. Spir. l. 2. c. 43. & 44.* Secundo Heribannus notabat additamentum alicujus collectæ, quo Ordines & subditi Regni tam Ecclesiastici quam Seculares sublevabant exhaustam bellicis, aliisque oneribus Cameram Regiam. Hincmarus vocat exactiōne mōstis, de qua in Capit. l. 3. c. 14. hec sanctio: *De Heribanno volumus, ut Missi nostri fideliter exactare debeant, absque ullarum personarum gratia vel blanditia seu terrore secundum iussionem nostram, id est, ut de homine habente libras sex in auro, argento, brunio, oramento, panis integris, caballis, bobus, ovibus, caccis vel alio peculiis, ita ut uxores eorum vel infantes non siant despoliati pro hac re, sed de eorum vestimentis accipiant legitimū Heribammum, id est libras tres: Qui vero non habuerit amplius in supra scripto pretio valente nisi libras tres, solidi trintigia ab eo exigantur, id est, libra & dimidia: Qui autem non habuerit amplius nisi duas libras, solidos decem exolvat: Si vero unam habuerit, solidos quinque, ita, ut iterum se valeat preparare ad DEI servitium & ad nostram utilitatem.* Solidus autem, est Grosch/ valebat duodecim denarios, Heller. Et in Capit. l. 3. c. 68. *Et non per aliquam occasionem nec pro Warta, (merces hæc est, quæ solet impendi custodibus) nec de Scara, (est hæc bellatorum acies) nec de Warda, nec pro beribergare, nec pro alio Banno Heribannum Comes exactare presumat, nisi Missus noster prius Heribannum ad partem nostram recipiat, & in suam tertiam partem exinde per Iussionem nostram donet: Heribannum autem, vel aliquod collectum pro exercitali canfa Comites de liberis hominibus non recipere aut inquirere debebant, excepto si de placito Regis aut Filii ejus Missus venerit, qui illum Heribannum requivit, ex Constitutione Caroli.*

XV.

XV. Quarto ad hæc Bona pertinent *Vestigalia, Telonia & Pedagia*,
Zoll, Staffel- und Weg- Geld: Francorum autem Reges varia & oner-
rosa Vestigalia, quibus Romani omnes terras & provincias premebant &
exhauebant, abrogabant, servatis solum Pontagiis & Pedagiis Brückens
und Staffel-Zolls tanquam Regni Patrimonio, quod Translitoram vo-
cabant, de quibus hæc Leges extabant: *Tributa & telonia in media via,*
ubi nec aqua, nec palus, nec pons, nec aliquid tale fuerit, unde iuste cen-
sus exigi posset, vel ubi naves subter pontes transire solent, free in medio
fumine, ubi nullum est obstaculum, auferantur. Capitul. l. 4. c. 47. Exi-
gebantur itaque iuste tantum telonia à negotiatoribus, tam de Pontibus,
quam Navigiis seu Mercatis, Capit. l. 3. cap. 12. & ubi aliquid emtum vel
venundatum fuerit, ulterius non: nec de his, qui sine negotiandi causa
substantiam suam de una domo ad aliam, aut ad Palatium, aut in exerci-
tum duxerunt, Capit. lib. 3. c. 12. Missi autem Regii per singulas Civitates
una cum Episcopo & Comite iussu Regis elegerunt, quorum cura fuit
pontes per diversa loca emendare. Capitul. l. 2. c. 20. & l. 4. c. 43. & 60.
Ex his telonis & vestigalibus Fisco Regio, seu Regiae Camerae quotannis
magna pecunia summa illata est.

XVI. Quinto referendus hoc est *Census Regalis*, des Königs Zoll/
qui de persona hominis & rebus exigebatur. Priorem solvebant verisimiliter illi, qui homines proprii esse desierunt, die sich von der Leibes-
geschafft erlediget / & hac de causa quotannis Regi vel Domino suo cer-
tam pecunia summam solvebant, Capitolitus censu Ligurino dictus l. 8.
de rebus gestis Friderici I. Imperatoris. vid. Lehmannus in *Ciron. Spir.*
l. 2. cap. 44. Terræ autem censuales, Zinsbare Güter / ex quibus quot-
annis Camera Regiae certus census debebatur, inde hoc onere grava-
bantur, quod Reges alicui vicum quandam vel prædium (ein Land-Gut)
cum omnibus appertenentiis agris, sylvis, piscinis, pratis, & ejusmodi pro
certo censu locabant; vel quod homines liberi bona sua alicui Collegio
vel Ecclesiæ donarunt, & hæc vicissim pro certo solum annuo censu vel
servitio juncto in Feudum accepere pro se & hæredibus suis ac posteris,
unde hæc bona beneficia censualia dicta sunt, de quibus vid. Goldastus
Tom. 2. part. 1. *rerum Alemann. charta 78. & 82.* ubi de beneficiis &
Feudis agit. Ex ejusmodi bonis igitur omnes Possessores eorum cujus-
cunque conditionis, etiam Ecclesiæ & Monasteria, censem Regno & Came-
ra Regiae solvere debuerunt, in quem Missi Regii diligenter inquisive-
runt,

runt, illumque descriperunt, quid unusquisque in Missatico suo de beneficio ejusmodi habuerit, vel quot homines casati in ipso beneficio sint. Capitul. I. 3. c. 80. 85. & 86. & Capitul. I. 4. c. 39.

XVII. Sexto Cameræ Regiæ solvēbatur quoque Inferenda vel Insfranda, id est, censuſ ex vaccis, incertum an per totū Regnum, an in locis tantum quibusdam. Quicunq[ue] autem Vicarii vel alii Ministri Tributum hoc majoris pretii à Populo exigere prælumserint, quam à Missis Reginis constitutum fuit, hoc est, duos solidos pro una vacca, hoc quod in iuste superposuit & abstulit, sibique retinuit, his quibus hoc tulit cum sua Lege restituere, & insuper Fredum Regium componere & ministerium mittere, h. e. officio suo cadere debuit, juxta dicta Capitularia.

XVIII. Septimo huic spectat Fredum, quod erat mulcta, ob transgressionem & violationem pacis publicæ imposta, antiquis, Fredel/ hodie Frevel/ constans sexaginta solidis, quæ summa fuit Banni Regi, si quis in illum incidit: Et hæc mulcta per totum Regnum ad Fiscum vel Cameram Regiam pertinebat, & Comes singulariter de unaquaque re, h. e. pro quibusunque delictis Freda ejusmodi Regia exegit. Capitul. I. 4. c. 22. Sic si quis in Cutte Regis furtum alieni fecit, id dupliceiter componere debuit, cui furtum fecit, & sexaginta solidos pro Fredo in publico solvere, juxta Leges Alemannicas, cap. 30. Et si quis fugitivum, aut liberum, aut servum perfecutus fuerit, ipse vero inter januas Ecclesiæ confugerit, nullus habuit potestatem per vim illum abstrahendi de Ecclesia: Si autem vi abstraxerit & injuriam Ecclesiæ fecerit, componere debuit octodecim solidos ad Ecclesiam, & Fredum solvere in Fiscum sexaginta solidos, juxta easdem Leges c. 3. Hinc autem maximus Proventus Regio Fisco per totum Regnum accessit. Fredum ergo vocarunt Franci ponam fisco, id est, Magistrati debitam ob vim injuriamve illatam & violatam Legem. Sed & Fredum dicebatur Pax ipsa Legibus sancta & stabilita, quæ & Pax publica dicebatur non privatis & paucis, ut hodie fere, sed publice & in Gente bellicosa & fera indicta, qualem hodie per Germaniam vulgo, ein gemein Fried/Land/Fried/Fried Standy Pacem scilicet contra vim & injuriam indictam vocamus. Quem morem Germani Principes jam inde à Friderici I. temporibus custodiverunt, & Pacis turbatoribus solet acclamari: Fried! Fried! Quin & ipsi ad Magistratum delati dicuntur, den Frieden angeloben/data manu ex fide præstti jumenti, nihil amplius turbaturos se pollicentes. vid. Lehmannus I pco citato I. 2. c. 44.

XIX.

XIX. Octavo, eo referri debent Auri-Argenti-aliaeque Metalli-fodinae, non modo in publicis, sed privatis quoque fundis repertae: Nam & haec ad Reges & Imperatores pleno Jure spectarunt. Diserte hoc innuit & probat Constitutio Henrici VI. Imp. de Argentifodinis, Anno 1189. lata, exhibita à Goldafto Tomo III. Conſtit. Imp. pag. 362, in verbis: *Cum omnis Argentifodina adjura pertineat Imperii, & inter Regalia nostra sit computata, nulli venit in dubium, quin ea, que nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad nostram totaliter spectet distributionem. Unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoscimus, nisi hoc anno nostra liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus vobis & singulis sub obtentu gratia nostra precipientes, ut nullus rebrum de se predicta argentifodina intronmittat, nec aliquid juris sine nostra licentia sibi in ea usurpet. Quod si quis temerario auctu forte attentaverit, indignationem nostram se noverit incursum &c.* Exhibit idem Goldaftus etiam Friderici II. Imp. Praeceptum de Metallifodinis in Comitatu Palatino Rheni de anno 1229. & in districtu Blavensi de anno 1232. Tom. I. Conſtit. Imp. pag. 298. Concessit postea Carolus IV. Imp. in Aur. Bull. cap. 9. Electoribus metallorumfodinas omnes, quaecunque in ipsorum terris, dominiis & pertinentiis jam tum inventae, ac futuri temporibus inveniendae sint, cum omnibus iuribus, nullo prorsus excepto, possidendas & fruendas, prout possunt ac volunt; hodie vero eo ventum est, ut vel ex peculiari concessione, vel ex immemoriali prescriptione, consimile jus competat cæteris omnibus quoque Principibus ac Statibus Imperii, ita, ut hac in re Electorum conditio pinguior amplius non sit, quam aliorum Statuum. vid. Dn. Praes in Introduct. ad Jus Publ. part. spec. sect. 2. cap. 15. n. 12.

XX. Nono, non minimum Reges & Imperatores antiquiores senserunt ac percepserunt commodum ex eo, quod ipsis olim successerint in omnia bona mobilia Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum ac Prælatorum, testē Lehmanno l. 5. c. 67. p. 116.

XXI. Decimo, Nec parvum emolummentum iis accessit ex censu Iudeorum, qui speciales Camera Imperialis servi, der Kämmer Käys. Maj. Cämmer Knechte fuerunt, vi Privilegii à Conrado IV. Imp. Judæis anno 1234. concessi, quod refert Gothofredus Guilhelm. Leibnitius in Cod. Jur. Gent. Diplom. Prodromo, p. m. 10. & Goldaftus Tom. II. Conſtit. Imp. p. 85. und haben mit Leib und Gut in die Käyserl. Cämmer geah

hört

hort / uti diserte lacutus Carolus IV. in Privilegio Johanni & Alberto, Burggraviis Notinberg. indulto, à Limnæo Tom. II. Add. ad lib. 5. c. 7. n. 138. p. 845. exhibito ; quo ipse debita & fidejussiones , quibus dicti duoi Principes Judæis obligati fuere , ex Imperatoria Potestatis plenitudine abolevit, ex eo , quod vita & opes omnes Judæorum in unius Imperatoris manu, potestate ac Jure essent, sic, ut de illis pro lubitu, & arbitrio prout vellet, statuere posset. Non ergo tam ratione status & conditionis, quam ratione lucri & utilitatis, inde in Fiscum Imperialem redundantis, servi Camerae Imperialis fuere Judæi : Quia hinc ipsi Imperator pro beneplacito Tributa & Collectas extra ordinem , quandocunque voluit, imponeare potuit, ultra & præter aureum Coronarium, quem omnes & singuli, tam foeminae, quam masculi, tam minores, quam adulti , adeoque omnes in Imperio degentes Judæi ordinarie noviter electo & inaugurate Imperatori præstare sunt soliti, so die Cron. Steur genennet worden / ac præter aureum, quem ordinarie quotannis in Festa Incarnationis Domini Cæsari præstiterunt , qui der Opffer. Pfennig commaniter vocatus est. Rhoding. in Pand. Cameral. l. 4. tit. 17. vers. 3. Limn. Tom. II. Addit. ad lib. 3. cap. 2. n. 48. Num vero adhucum hodie servi Imperialis Cameræ dici possint, & ad onera isthæc etiamnam obligati sint Judæi ? inter se concertant Juris Publici Doctores, Joh. Theodor. Sprengerus in Fontib. Jur. Publ. pag. 352. dicit Judæos die Cron. Steur und Opffer. Pfennig solvere debuisse , dum adhuc essent servi immediati Filii Cæsarei, eum vero in Statuum illorum, in quorum ditionibus degunt, Jurisdictionem territorialem & potestatem partim concessione Imperii, partim sustinidine transferint,onus illud exolevisse subrogata indicione ordinaria vulgo die Schatzung. Contra Limnæus ad A.B. cap. 9. §. 2. Obj. 4. dicit pro Imperatore præsumptionem esse, quod Jura sua in Judæos sibi reservaverit, quamvis ut ab aliis recipiantur, permisserit. Sed Dn. Multz Breuuus alias Jurium Imperatori competentium assertor in Represent. Mar. jef. Imper. part. 2. cap. 15. §. 2. ingenue fatetur ; vulgo ita persuasum esse, inter Judæos tamen Oettingenses & alios, nisi quod Francofurtenses noviter coronato Imperatori præstant, de eo nihil constare , sed solere eos ab ipsis suis Dominis collectari.

XXII. Hæc fuerunt Regum Regnique Germania Bonæ sub Franciæ, quorum potentissimus Carolus M. Imperator Regnum Germania & Regnum Galliæ atque Italiam simul tenuit, quemadmodum & Filius ejus Ludovi-

dovicus Imperator, inter cujus Filios Ludovicus Rex fuit Germaniae, quod regnum Germaniae divisum fuit ab Imperio Romano, & ab hoc non dependebat, uti constat ex Testamento Caroli M. & Divisione Regnum à Ludovico Imperatore Romano facta, quanquam secutis temporibus Rex Germaniae Imperator quoque Romanus fuerit. Indicat hoc Trithemius in Annalibus: *Regnum Francorum Germaniae perpetuo per se habebat proprium Regem, nulli penitus mortalium, neque Romano quidem Imperio subiectum, sed pristine Francorum confuetudine liberrimum;* Quod testantur quoque Nithardus lib. 4. Hincmarus Epist. i. c. 4. Scilicet deinde post mortem Caroli Crassi Francorum Imperio, quod antea quoque intestinis Carolinorum dissidiis ac bellis valde fuit debilitatum, confusè regnum fuit, & multi Reguli extiterunt usque ad Ottonem I. Imperatorem. Ipsum Lo. haringia Regnum Anno Christi DCCCLXX. divisum fuit inter Ludovicum & Carolum Calvum, & post mortem Ludovici Anno DCCCLXXVI. regnum Germaniae inter tres Filios Ludovici Carolomannum, Ludovicum & Carolum Crassum in totidem partes divisum fuit. Carolomannus Bavariam, Sueviam, Austriam, Carinthiam, Bohemiam, Moraviam, & Regiones ad Danubium tenuit, Rex ad Danubium dictus. Ludovicus obtinuit Thuringiam, Franconiam, Misnia, Hassiam, Saxoniam, Marchiam, Slavos, Frisios & regiones ad Albim sitas, Rex ad Albim & Thuringie nominatus. Carolus Crassus Provincias omnes ad Rhenum in ditione habuit, Rex Teutoniae nuncipatus. Sic Germania in tria Regna divisa fuit, quibus, qui praefuerunt, Reges non Duces nominabantur. Totum autem Germaniae Regnum coaluit deinde mortuo Carolomanno & Ludovico in Carolo Crasso, Imperatore, & in Successore hujus Arnolfo, Imperatore & Rege, Carolomanni Filio, qui regnum Germaniae insigniter dilaceratum, (quisque enim Procerum sub eo rapuit, quod voluit) transmitit ad Filium Ludovicum Imperatorem, sub quo Germaniae regnum bonis & libertate defecit, factumque est tributarium Hunnis. Causa ingentis adeo mutationis fuit ætas Regis minorenns, & quod discordes inter se Principes regni, suisque utilitatis intenti, Principatus sibi proprios efficere, & hereditario Jure ad posteros transmittere studebant. Hinc nonnulli Hungaros non solum pugnari non interferebant, sed & proximorum necessitatibus non subveniebant, putantes, si proximi caderent, se solos quasi liberius regnaturos. Sed dum ita aliorum necem diligebant, ipsi propriam incurabant, ut Luitprandus

l. 2. c. 6. testatur. Et talis servitus regnum Germania, liberimum antehac, invasit Anno Christi DCCCCV. Mortuo sine prolo Ludovico Anno DCCCCXI, in Germania regno & Imperio successit Conradus, Franconiae Comes, qui amplum patrimonium, multasque Ditiones proprias hereditario jure possedit. Regiones autem & terrae, quas Imperii nomine administrabat, paucæ & invalidæ fuerunt; Quemadmodum ex stemmate illius Conradus Salicus Imperator, Dux Franconie, uti genere & virtute, ita in propriis bonis nemine quidem fuit inferior, de Republ. tamen ad comparationem talium Virorum (singularis potentiae Ducum) parum beneficij & potestatis habuit, uti Wippe in vita illius scribit. Mortuo Conrado Germania regnum à Francis, & ex Familia Caroli M. pervenit ad Saxones in Henrico I. Imperatore, Saxonie Duke, de quo prius quam plura dicantur, paucis notandum est, qualis Status Germaniae Ducum sub Carolo M. & Successoribus ex Familia ejus Germaniae Regibus fuerit, ut de bonis eorundem rectius fieri possit judicium.

XXIII. Postquam ergo Thassilo, Dux Bavariae, à Carolo M. Francorum Rege Provincia, quam tenebat, exutus, substitutis in ejus locum Comitibus, & Principes, Germaniam possidentes, ob destrutas & defolatas Ecclesiastis interfecti essent, solus Saxonie Dux superfuit, cuius ut & Ducatus Saxonie quoque in Historia Caroli M. & posteriorum illius Ludovici Imperatoris & Ludovici Regis Germania inter varias adeo regni hujus divisiones unice fit mentio: Reliqui primi Officiales (Land-Officer) apud Historicos & in Annalibus Francorum vocantur Comites, Barones. Deficiente autem Stirpe Caroli M. sub Arnolpho Imperatore, Ducatus Lotharingiae erectus & stabilitus fuit in Filio hujus Imperatoris Zuendebaldo, cui successit Dux Giselbertus. Bavaria sub Ludovico Rege Duke impositus Frater hujus, Arnolphus. Suevia & Franconia sub Arnolpho Imperatore & Praedecessoribus hujus ex Familia Carolina nullum Ducem habuerunt, sed ad Cameram Regiam pertinebant, seynd der Königlichen Cammer zugehörig gewesen. Sub Ludovico ultimo ex Familia Caroli M. Comites Wernerus, Bertoldus & Erchingerus, Camerarii Regis (Königliche Cammerer) totam Sueviam administrabant, teste Eckardo Juniore de Cassibus S. Galli Monaster. cap. i. his verbis: *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta, sed Fisco Regio peculiariter parebat, sicut hodie & Francia. Procurabant ambas Camere, quos sic vocabant, Nunci. Franciam Werneriker, Sueviam autem Bertold & Erchinger Fratres.*

Post-

Postquam autem sententia Regis Conradi & Principum Imperii,
Comites Bertoldus & Erchingerus Anno DCCCCXVII. in Comitis Mo-
guntia tanquam Fractores Pacis publicæ & Majestatis rei capite plexi
sunt, Conradus Rex Sueviam in Ducatum erexit, & Suevia Principum
affensu statuebat Alemannis Dux primus Burckardus, Gentis illius nobi-
llimus, cui & prædia damnatorum confiscata in beneficium sunt tradita,
teste Eckardo loco citato: Mortuo vero Ludovico Rege & Imperatore
tantis bonis & opibus pollebat Otto Saxonia Dux, ut omnis Populus Fran-
corum atque Saxonum illi quæ siverit Diaena regni imponere, quod ipse
tamen recusavit, & ejus Consultu Conradus Francorum Dux unctus est in
Regem, penes Ottонem tamen semper & ubique vigente Imperio, teste
Wittichindo & Abbe Ursurgensi. Sub Conrado igitur Rege hi poten-
tissimi Principes in regno Germanie fuerunt, Arnolphus in Bajoaria,
Burckardus in Suevia, Everhardus Comes in Francia, Dux deinde factus
ab Henrico Aucnpe, Giselbertus Dux in Lotharingia, Henricus Saxohum
& Thuringorum Dux, teste Luitprando.

Habebat quidem Franconia Duce in ante tempora Caroli M. re-
gnante autem Familia hujus, Ducatus ille expiravit, uti alii in Germania
& Franconia per Comites regebantur. Statum autem Ducum sub Fran-
corum regno beatus Rhenanus ita describit lib. 2. Rerum Germanicorum:
Romanos imitati sunt Franci: Nam illi Provinciarum Restores, Duces ap-
pellabant. Deligebant autem Duces ex nobili Familia &c. nec tantam po-
testatem habebat Dux, quam tam hodie videmus, siquidem per sepe se tanum
Duces militum nominabant, quemadmodum in vetustissimo Diplomate apud
Divum Ludegarium Lucernatem scriptum est: Ego Witwardus & Frater
meus Rupertus, Dux militum Regis Ludovici. Fuit autem is Rupertus
Alemannie Dux sive Suevie: Ergo primam dignationem sub Francis in
Alemannia habebat Dux, proximam Comites. Gisbertus autem ille Lo-
tharingæ, Arnolphus Bavariæ, & Henricus Saxonæ & Thuringia Duces,
obsequentes paucæ regni bona, quæ Conradus Rex propterea invalidus
possebat, consilia sua ad impetrandam liberam potestatem & acquirendum
proprium hæreditarium regimen direxerunt, eo successu, quem optarunt,
fuitque Henricus ille primus, qui libera potestate regnavit in Saxonia, &
obsequium subditorum Regni in Saxonia tota & Thuringia à Rege &
regno ad se traxit, hosque sibi Legibus devinxit, & Ducatum Saxonum
sibi tanquam hæreditarium subjecit, teste Wittichindo, Alberto Stadensi ad
Annum DCCCCXVII, & Luitprando lib. 2. c. 6. Tentavit quidem Con-
radus

radus Rex initio regni ad exemplum Antecessorum suorum Germania Regum, Ducum bona & potestatem juxta regni Leges in Ordinem redigere, sed hi armis insurgentes contra Regem, bello Ducatus proprios sibi fecerunt, & ad hæredes transmiserunt, ipsi jam quasi Reges in his degentes. Sic vivo adhuc Ottone, quem modo dixi, Saxonia Duce, Kerumpubl. summa penes Saxones fuit, ut Witichindus feribit, post cuius mortem Conradus Rex Filio ejus Henrico Duci potentiam quidem accidere, tanquam Imperatoriae autoritati adversam studuit, sed exercitus Saxonius Cunrado Regi adversabatur, & maluit Ducis suo quam-huic & regno parere, unde bella inter Cunradum Regem & Henricum Duce exorta, qui nihil immutari in Ducatu suo passus, ferro hunc in statu suo conservavit. Conradus autem Rex oblivans, si quilibet Princeps potens ad exemplum Henrici hujus Saxonia Ducis, regni ditionibus & subditis tanquam propriis suis bonis præfesse vellet, regnum Germania ita inter se discordis & factioribus debilitatum eversum iri, cavendo huic malo omnes inimicitias erga Henricum Duce depositus, Regni utilitatem suis privatis rationibus prætulit, & ut simul inhiantes Imperio Italiae Principes removeret, Henricum Duce, qui se jam in libertatem afferuit, & regni subditos, tanquam ad se proprietario Jure pertinentes, rexit, & nemini lubens regnum concéssit, ipse paulo ante mortem convocatis Regni Principibus, quanquam ex sanguine Imperatoris Arnolphi & Caroli M. alii adhuc supereffent, Successorem sibi, tanquam virtute, potentia, & bonis Regno parem, declaravit, & talem post obitum accepit: sique Regnum Germania & Imperium Romanum quoque deinceps ad Ducum Saxoniae Familiam concessit. vid. Witichindus l. 1. Luitprandus l. 2. c. 7. Dietmarus l. 1. Lehmannus in Chron. Spir. l. 2. c. 47.

XXIV. Sic Regum Regnique Germaniae bona paulatim circa finem Familia Carolingica ad Duces in Germania una cum ipsis Ducibus transiverunt, nondum autem æquaad Episcopos, vel Pontifices Romanos, in quos liberales quidem fuerunt Francorum Reges & Imperatores, Pipinus, Carolus Magnus, & Ludovicus, sed salvis regni Juribus: Sic Seculo adhuc duodecimo Henricus V. Imperator, & Papa Paschalis II. ita inter se paciscebantur: Dominus Papa præcipier Episcopis præsidentibus in die coronationis sue, ut dimittant Regi & Regno, que ad regnum pertinebant tempore Calori, Ludovici, Henrici & aliorum Prædecessorum ejus, scripto sub anathematis pena confirmabit autoritate sua vel Justi-

*Justitia, ne quis eorum vel presentium vel absentium, vel Successores
eorum introuerint se, vel invadant eadem Regalia, id est Civitates,
Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, Mercatum, Advocatias, &
Curtes, que manifeſte regni erant cum pertinentiis suis, militiam &
caſtra regni nec ipsum Regem & regnum ſuper his ulterius inquietabit,
& Privilegio ſub anathemate confirmabit, nec poſteri ſui inquietare
preſentum. Paulus Diaconus, Baronius ad Annū MCXI. Quia de re
ipſe Henricus V. Imperator ita ſcripsit: Cum per nuncios noſtrios à Papa
Pafchali quererenuſ, quid de nobis fieret, in quo regnum noſtrum con-
ſtat, quomodo fere omnia Anteceſſores noſtri Eccleſia congeſſerunt &
tradiderunt; ſubjunxit Pafchalis: Fratres Eccleſie Decimis & obla-
tionibus ſuis contenti ſint: Rex vero Prædia & Regalia, que à Carolo
& Ludovico, Ottone & Henrico Eccleſia collata ſunt, ſibi & Succeſ-
ſoribus ſuis recipiat & detineat. Ad hoc cum noſtri responderent, nos
quidem nolle Eccleſia violentiam inſerre, nec iſta ſubtrahendo tot ſacri-
legia incurre, fiduciāliter promiſt, & Sacramento pro eo firma-
vit Dominica eſto mihi, ſe omnia hec cum iuſtitia & autoritate Eccleſia
auferre, nobisque & regno cum iuſtitia & autoritate reddere. Do-
dechin. Append. ad Mar. Scot. sub Anno MCXI. Goldaſt. Tom. I. Con-
ſtit. Imp. p. 256. Sane Carolus M. donationes à Patre Pipino Rege fa-
etas Eccleſia Romana non aliter conſirmavit, quam Jure, Principatu &
Ditione ſibi retenta. Sigonius lib. 4. de regno Italiæ, ſive ut alibi dicitur:
Salva ſuper ejusdem Ducatus Imperatoria in omnibus Dominatione, &
illorum quoad Imperatorem ſubjeſſione; Et ex ipſa Ludovici Imperato-
ris conſirmatione conſtat, quod Eccleſia Romana tantum redditus & pro-
ventus Ducatus Romani donati fuerint, Baronius ad Ann. DCCCLXXVI.
unde Pipinus & Carolus M. manserunt ratione terrarum iſtarum Advo-
cati Eccleſiae & Defenſores. Nec plus induſſerunt Germanorum Cæſarum
Tabulae: Sic enim Henricus II. expeditio in Italiam facta, impetrata Co-
rona Imperiali conſirmavit Anteceſſorum ſuorum in Imperio Eccleſiae fa-
etas donationes, novisque immunitatibus candem auxit, ſalva tamen in
omnibus potestate ſua, posterorumque ſuorum, cum facultate conſtituen-
di certos Commiſſarios, qui gravamina ſubditorum audirent, iisque jus
& iuſtitiam adminiſtrarent contra illos, qui eos ſupprimere vellent. Ba-
ronius ad Ann. MXIV. Hinc ipſi Status Regni Italæ Friderico Barbaroſſæ
Imperatori & Regi ſuo plena atque ſolenni curia adjudicaverunt Marchias,*

Comitatus, consulatus, monefas, telonia, fodrum, vestigalia, portus, pedestria, molendina, piscarias, omnemque utilitatem ex decursu fluminum provenientem, nec de terra tantum, verum etiam de propriis suis capitibus census annui redditionem, teste Radevico lib. 2. c. 5. De fictitia Constantini M. Imperatoris donatione, Sylvestro Papæ facta, non attinet hic quicquam dicere, quam nec antiqui Romanæ Ecclesiæ Pontifices crediderunt, & falsam, ac utili in Sedem Pontificiam mendacio confitam ipse Baronius lib. 12. Annal. totque alii Autores deprehenderunt, vid. allegati à Becmanno in Notit. Dignit. Ill. Diff. 13. c. 1. tb. 9.

XXV. Translato regno Germanico una cum ipso Imperio Romano à Francis ad Saxones, ingens mutatio, quoad bona illius Statuumque publicum universum contigit. Post Henricum enim Ancupem, Ducem Saxonicæ ac Regem Germanicæ, alii quoque Duces ac Comites, qui antea Officiales & Magistratus Regum Regnique Germanicæ fuerunt, ad libertatem ita pervenerunt, ut terras suas, Ducatus & Comitatus ad Reges antea unice pertinentes, vel totos, vel pro parte, Jure proprietatis vel Feudi hereditarii acceperint, illorumque subditi à Regis vel Imperatori immed. obsequio liberati, suis mandatis ac legibus parere adstricti fuerint. Rationem hujus reddit Cusanus de Cone. Cathol. l. 3. c. 27. Ut Parres minus avaritie studerent, habentes insuccessione in officio certitudinem, & etiam ut eorum subiecti minus gravarentur per Parrem, quando & ipsis sui posteri praefesse deberent. Tamen ut Imperiali Celsitudini nulla inconmoda, detractione Dominiorum in futurum crescente, potestate Officiorum exorirentur, Feudalia introducta sunt Statuta, & de fide servanda strictissima juramenta. Quali libertate civitates quædam liberalitate Regum & Imperatorum donatae fuerunt, illæ præsertim, qua bonis & proventibus ad Regnum antea pertinentibus, alias superarunt, & libertatem suaque jura contra alios vitueri, & Regibus atque regno fidelia servitiae praestare potuerunt. Hinc Beatus Rhenanus inquit: *Ut queque plus bonorum que ad regnum pertinebant, habuit, ita maturius & facilius ad libertatem pervenit.* Reservabant tamen Reges sibi & Regno quasdam Civitates, latifundia, valles, vicos & pagos, quibus deinde peculiare concesserunt regimen, & magnam partem vestigialium accisiarum, aliorumque redditum. Ipsi quoque Dukes ac Princes, nec non civitates ille, liberae jam & immediate nullique Duci vel Principi subiectæ, multorum Comitum, Dynastarum, Baronum & Nobilium ditiones & vicos emtionis titulo acquisiverunt;

verunt; Bonis ac redditibus suis ita auctis, Regni autem imminutis; vid.
Münsteri Cosmogr. ad Annum DCCCCIII & seqq. Lehmannus in Chron.
Spir. l. 4. c. 1. Inter characteres autem civitatum Imperii, describente mo-
do citato Lehmanno lib. 4. c. 2. etiam hic fuit, daß der Käyserlichen und
Königlichen Cammer oder Fisco in solchen Städten / aller Banni/
Schöß/ Ungelt/ Zoll/ Accis, Frevel und Bußgelt und andere Gefäll
zugestanden/ welche entweder die Herzogen/ Graffen oder die Fiscali
in den Gerichten im Namen dertselben eingenommen/ und zur Käyser-
lichen Cammer geliefert; ubi notandum, quod tempore Imperatorum &
Regum Franciorum nulla Imperii civitas libera fuit, sed talis libertas ha-
rum civitatum ceepit demum post Ottonum Imperatorum tempora; Civi-
tatum autem Imperii quadam erant liberæ à Regum & Imperatorum
Regnique Officialium Regimine: Quædam immunes erant ab aliorum
Principum & Dominorum Ecclesiasticorum & secularium Jurisdictione
& obsequio, & soli regno addicta: Quales civitates exemptæ erant à pri-
ma qualitate Civitatum Imperii, & ex Civitatibus Regni siebant Civitates
Imperiales Liberæ, aus Reichs Städten / Käyserliche Freye Reichs/
Städte / quales primæ omnium erant Civitates Imperiales ad Rhenum,
licet alii altera hac de re scribant. vid. Lehmannus l. 2. cap. 3.

XXVI. Quam vero potestatem in Civitates regni sub Francorum
Regibus nomine horum exercabant Dukes, Comites & Praefecti Regii,
eandem deinceps in has civitates accipiebant Episcopi, tempore Imperato-
rum Saxoniorum, uti ex privilegiis Episcoporum constat. Otto I. enim
Imperator pene omnibus Cathedralibus Ecclesiis in Germania, Burgundia
& Lotharingia, uti in Gallia & Italia quoque constitutis, multas civitates,
castra, oppida, villas & multa alia Dominia temporalia & Jurisdictiones
donavit, & omnibus illis Ecclesiis propria insignia perpetuo deputavit, Ar-
chiepiscopos quoque & Episcopos Ducatus, Comitatus, Baronii com-
munivit, quibus Nobiles & potentes Vasallos subjicit, ut semper essent, ad
resistendum etiam forti manu paganis & haereticis in opportuno tempore
fortiores, ut scribit Theodoricus de Niem. Sic Otto ille Magnus Bruno-
nem Fratrem suum Anno DCCCCLIII. Archiepiscopum Colonensem &
Ducem Lotharingiae constituit; qui Bruno primus Pontificis summi & Du-
cis Magni officium gescit, ut Witichindus l. i. refert & Wilhelmus, Ot-
tonis I. Imperatoris Filius, Archiepiscopus Moguntinus & Dux Thuringiae
ac Hassiae à Patre creatus fuit Anno proximo. Sic ergo Ecclesiasticorum

bono-

bonorum amplitudo erat maxima tempore Ottomum, praesertim vero Episcoporum, quorum & reverentia summa & Jus in civitatibus fuit semper amplissimum. Episcopis vero Abbates proximi incesserunt teste Sigonio. l. 7. de regno Italie. Bona autem Episcoporum erant varia, juxta diversa corundem privilegia. Sic Otto I. Imperator Episcopo Mindensi concessit Bannum suum & Monetam, Teloneumque sive Macellum publicum ibi conftrui, & quicquid ad potestatem Imperatoris pertinere videbatur, eidem Ecclesiae donavit. Causas prolixas hujus liberalitatis Imperatoria in Episcopos reddit more suo Nicolaus Cusanus lib. 3. de Concord. Cathol. cap. 27. putans, nihil inde Regno derogatum fuisse, manentibus in ditione hujus & obsequio Episcoporum terris & civitatibus. Otto Episcopus Fisingensis autem in Prologo lib. 7. Chron. scribit: Deum ob hoc regnum imminui voluisse, ut Ecclesiam exaltaret. Ipse autem Otto hic Episcopus Sacerdosculps per omnia qui regnum suo gladio, quem ex Regum habent gratia, ferire conabantur, confessus, per hoc Regnum valde humiliatum & Imperatores (quos inter ipse Otto I. fuit) ob amorem Sacerdotii evisceratos ac viribus exhaustos, Regnumque suo gladio percussum ac destruictum fuisse. Porro accessit his ad culpm, quod prater Jus & fas Episcopi Germanie in praeliis quoque militarunt unum Regibus, quod antea sub Francis prohibitum fuit in Concilis: Et monstrorum hoc vocat ipse Baronius ad Annum Chr. DCCCLXXXVIII. Et de Episcopis conquestum legimus Henricum IV. Imperatorem: Ecce illi sunt, qui Regni mei divitias habent, & me meosque omnes in paupertate reliquerunt: Quod si illi de medio fuissent ablati, ego cunctaque mei familiares cito possent fieri divites, ut Autor Historie belli Saxonici scribit: Quo faciunt etiam verba Cusani lib. 3. cap. 30. de Concord. Cathol. Temporalia Ecclesiarum quid profunt Reipublice? Quid Imperio? Quid subdolis? Certe parum aut nihil. De temporalibus omnis cura, de spiritualibus nulla. Illud temporalis Domini Ecclesiasticorum Regimen multum Reipublice & subjectis obest: Curia Romana attrahit quicquid pingue est, (ex Investitura) & id quod Imperium consulti pro DEI cultu & bono publico sanctissime ordinatum, avaritia & cupiditate exorta paleatis rationibus, & novis adiunctionibus rotuliter perversitur, & Imperiale efficitur Papale, & Spirituale tempora. Hinc postea ob has rationes Reges ac Imperatores sequentes Terrarum ac Civitatum Régimen iterum ad se traxerunt priscum in morem, accisis Episcopis.

piscoporum opibus ac bonis. vid. Sigonius *de regno Ital. Lib. 10. sub Henrico IV. Imperatore*. Lehmannus *cit. l. 4. c. 3.* Et sic Duces redierunt iterum ad regimen Civitatum Regni; inque his etiam Comites & Praefecti, qui alienata Regni bona revocarunt, & redditus Camerae Regio Fisco iterum intulerunt, qui rationem sui Ministerii Aerario publico reddere tenebantur: Ipse deinde Henricus IV. Imperator coronari aliter a Paschali Pontifice momano noluit, quam si ipse Papa & Principes Ecclesiastici Regalia & Civile in Terris & Civitatibus Imperii Regimen à se abdicarent: A quo tempore Privilegia majora civitatibus Imperii concessa, illisque prestationes nonnullae proventuum Regno debitæ remissæ sunt, ut fortius Imperatores belli tempore juvare possent, præsertim civitates ad Rhenum, in quibus maxima vis Regni nocebatur, teste Ottone Frisingensi *in vita Friderici I. Imperatoris l. 1. cap. 12.* Et ille ipse Henricus IV. Imp. quoque Ducum, Comitum & Praefectorum munera in civitatibus Imperii abrogavit, hisque concedit Jura, redditus ac proventus, quibus praefecti illi Regum & Imperatorum in Civitatibus his antea gaudebant: vid. Lehmannus *l. c. lib. 4. c. 3.* ubi sequentia verba huic pertinent: Den Freyen Reichs-Städten ist diese Fruchtbarkeit und Freyheit mitgetheilt, daß alle Gefäll / als Ungelt / Accis / Straffen / Schöß / Frevel / Vannen / Psenning / Schatzung / erledigte Güter und dergleichen / so der König oder Käyserlichen Cammer zugestanden / denselben durch Käyser und Königliche Milde mit Rath der Fürsten des Reichs zu den Städte Auffnehmen / Wolsarth / und Gedeyen zugeignet und übergeben / nicht weniger als die Chur- / Fürsten / Fürsten / Graffen und Herren des Reichs solche Regalia, und Käyser und Königl. Einkommen und Gefäll durch derselben concession und übergab umb dieselbe Zeit empfangen / innhaben / genießen und besitzen / und solches alles ohne einigen der Käyser oder Könige Vorbehalt / so vollkommenlich / daß die Freye Reichs-Städte gleich denen höheren Ständen nicht die geringste Leistung von Gelt und Diensten zu thun schuldig und verpflicht / ohne was sie aus freyen Willen leisten und prästirenen wollen / und was sie zu des Reichs Wolsarth und Nutzen der Käyser. Majestät zu Ehren und Dienst willkührlich zu thun und zu erweisen auf sich nehmen und versprechen / und inmassen die höhere Ständ nach der Grösse und Reichthum obberührter und anderer Gefäll von ihren Landen zu der Käyser und des Reichs Diensten Contribution und Steuern ange-

schlagen / und zu Zeit des Nothfalls auf beschehene Bewilligung solche zu erstatten verbunden seynd : Also und gleicher gestalten seynd die Frey und Reichs- Städte von wegen ihrer Städts- Gefällen und Einkommen / so sie aus Käyserl. und des Reichs milden Übergaben und Befreyungen besitzen und erheben / theils mächtiger Fürsten / theils der fürnehmnen Graffen und andern Ständen gleich / oder auch darüber in des Reichs Matrikul belegt und angeschlagen / davon die Käyser jederzeit getreue freywillinge und erspriechliche Hülff und Beystand empfunden. Bey dieser Eigenschaft ist auch der Zoll Meldung geschen / davon die Käyser und Könige die Zoll zu Wasser ihrem Esco und Cammer- Gefällen zu Erhaltung des Käyserl. Hoffs und desselben Reputation vorbehalten / und solche bis auff Käyser Carolum IV. gehabt / biswoelen solche den Städten umb gewisse Summa Gelds in Beständnis gegeben und verliehen ; Aber die Zoll zu Land/Chur- Fürsten/ Fürsten/ Graffen/ Herren und Städten allenthalben überlassen. Harum civitatum Imperii quædam, quamvis Principum aliorumque Dominorum subjectione exemptæ fuerunt, certam tamen pecunia sumمام, vel aliud quid ex obligatione solverunt, certo ac definito censu Imperii Autoritatem agnoscentes, in reliquis omnibus suis Legibus viventes, uti Guicciardinus l. 4. sribit, quod non faciunt illæ, quæ dicuntur Libera Imperii Civitates, die Freye Käyserl. Reichs- Städte / quæ ad nullas ejusmodi præstations obligantur, nisi quas libera voluntate suscipiunt, inter quas & illas, quæ dicuntur simpliciter Reichs- Städte/ nonnulli differentiationem quandam statuunt, quæ tamen exigua est, vid. Lehmannus l. c. cap. 5. Et de his civitatibus verum est, quod Alciatus Ictus sribit, quod Tributis se atteri, violencia urgeri, tyrannide opprimi non patientur. Plurimum autem Imperii opibus & potentia post mortem Friderici II. Imperatoris in fatali illo Interregno etiam in eo decepsit, quod ab Anno MCCLV. usque ad Ann. MCCCC. tot Imperii civitates in Italia & Germania à regno avulsa fuerint, unde Maximilianus I. Imperator Anno MCCCCXCV. in Comitiis Wormatiensibus dixit : Das Römische Reich seye ißiger Zeit ein grosse Last/ und falle davon kleine Beth. Et Caroli V. Imperatoris Minister Granvellanus Philippo Hasslia Landgravio in faciem dixit : Cæfarem ad conservationem Status sui non habere Nucis avellanæ pretium ab Imperio , uti refert Sleidanus sub Anno MDXLV. cui tamen contradicuum fuit.

XXVII.

XXVII. Strenuus autem exactor bonorum Regni fuit Fridericus I.
Imperator, qui ista Episcopis & Clericis ademta, una cum ditionibus tra-
dit Filio Philippo in Feudum ; Idem quoque laudatissimus Imperator
Regni Regalia non solum per Germaniam, sed & Italiam, quæ longo jam
tempore seu temeritate pervadentium , seu neglectu Regum , Imperio
deperierant, in plena & solenni Curia Roncalia , præsentibus Principibus,
Comitibus & Civitatibus Imperii, & adhibitis quoque quatuor celeberrimi-
mis JCis Bulgaro, Martino, Jacobo, & Hugone afferuit, in quibus Co-
mitiis Status Regni adjudicarunt Friderico I. Imperatori per Italiam quo-
que Ducatus, Marchias, Comitatus, Consulatus, monetas, telonia, fodrum,
vestigalia, portas, pedatica, molendina, piscarias, pontes, omnemque utili-
tatem ex decursu fluminum provenientem, nec de terra tantum, verum
etiam de propriis suis capitibus censu annui redditionem, quæ omnia,
quamdiu Imperator præfens in Italia fuit, Cameræ Regiæ illata fuerunt,
unde Rex militiam suam eo facilius sustentavit. Quicunque autem do-
natione Regum aliquid horum se possidere Instrumentis legitimis edoce-
re poterat, is Imperiali beneficio & Regni nomine id ipsum perpetuo reti-
nebat, teste Radevico lib. 2. cap. 5. Si quis autem justum titulum pro-
bare non potuit, tunc ista bona ad Regem & Regnum recidebant. Et hic
fuit mos antiquus, ex quo Imperium Romanum ad Francos derivatum
est, ut quotiescumque Reges Italiani ingredi destinaverunt, ea quæ ad Fi-
scum Regalem spectant, que ab accusis Fodrum dicuntur exquirerentur,
ut Otto Friesingenis lib. 2. c. 13. refert. Camera autem Regni tempore
ad hunc Friderici Imperatoris insignes redditus cepit ex Ecclesiis & Colle-
giis sacris hinc inde per Germaniam : Sola enim Ecclesia Laurishamenis
centum marcas Regia Camera singulis annis Jure antiquo intulit, quod
servitium cum amplius sine maxima sui destruccióne præstare haud posset,
tres Abbatiae hujus Curia, videlicet Oppenheim, Wibelingen, & Gin-
gen Regiæ Potestati in Concambium tradebantur, uti constat ex Chro-
nico Laurishamensi : Et tale quid Ecclesia Urspergensis quoque præstitit,
teste Abbe illius in Chronico. Ex his autem bonis Reges & Imperato-
res quædam Nobilibus in Feudum concesserunt, ut ipsi Cæsari & Regno
eo melius servitia militaria exhibere possent, vid. Lehmannus in Chron.
Spir. l. 5. c. 67. Contradixit his quidem Urbanus IV. Papa, afferens, in-
junctum esse Laicam Personam decimas possidere, quas manifeste Dominus
his, qui altari deferviunt, deputaverit, quod quidem primitus ita factum,

postquam autem tempore Christianitatis ab'adversariis infestarentur Ecclesiae, easdem decimas præpotentes & nobiles Viri ab Ecclesiis in beneficio stabili ideo acceperunt, ut ipsi Defensores Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere non valerent, uti Fridericus I., Imperator in Comitis regni Gelnhuse Anno MCLXXXIV. statuit, in quibus etiam ipse advocatiam in prædiis seu hominibus Ecclesiarum, quam ex longa antiquitate usus in consuetudinem vertit, vindicavit; sed & mortuo Episcopo, etiam in Italia omnia ipsius bona mobilia & redditus anni intra quem obiit, ad Cameram Regni pertinebant; De quo conquerebatur quidem Urbanus IV. Papa apud Arnoldum l. 3. c. 16. *Quod Episcoporum exuvias injuste accipiat Imperator, que dum ipsis mortuis de Ecclesiis rapiantur, Ecclesie, quasi corrosa & exsoliata ab Episcopis subintrantibus inveniantur, ita ut ex necessitate quadam raptiores inuesti inveniantur, dum ablatis stipendis, que confiscata fuerint de novo resarcire cogantur.* Sed Imperator Henricus VI. pro investitura Episcoporum, quæ anteau fuit penes Imperatores, minimam hanc, ut vocavit, Juris Regii scintillam, quam invenit, nequaquam mutari permisit, & Urbano Papa generose respondit, ut refert idem Arnoldus l. c. Quid deinceps Otto IV. Imperator circa hoc Jus egerit, vide apud Lehmannum l. 5. c. 75. Quantum autem bonorum & terrarum Pontifices Romani Regno Germania eripuerint in Italia & Germania, aliunde satis constat; inter quæ recensendus quoque Principatus Marchionis Mathildis, post mortem hujus Imperatoris debitus, sed quem Hadrianus IV. Papa à Friderico I. Imperatore tanquam Patrimonium Petri petit, quo continentur possessiones & Tributa Ferrariae, Massæ, Ficorolæ, totius terra Comitis Mathildis, totiusque terræ, quæ ab Aquapendente est usque Romanam, Ducatus Spoletoni, Insularum Sardiniae, Corsicae, quæ omnia à Mathilde Imperio tradita fuerunt, non Sedi, ut vocant, Apostolicæ: nec contrarium Romani Pontifices haec tenus probare potuerunt, quicquid de testamento Mathildis dicant: vid. de hac controversia Conringius de *Fribus Imperii* cap. 10. & Lehmannus loc. cit. l. 5. c. 67.

XXVIII. Miserrimus autem fuit Imperii Status, quoad Jura & bona illius sub fatali Interregno tempore Friderici II. Imperatoris, quo Aquila Romana explumata, & cum infelici Imperio ita agebatur, ut cum avaritia nihil satis sit, qui tunc adspirarunt ad Regnum, promte promisebant de non suo, ut cumulum rerum & fastigium asequerentur, uti Cranzius in *Saxonia sua* scribit: *Quisque occupavit quantum potuit, per vim bona*

bona Imperii alienabantur & oppignorabantur pro Iubitu, quo pertinent
verbâ Julii Pflug / Episcopi Naumburgensis de Statu Germanie : Quo
tempore Magistratus, Principesque Nationis nostre presidio Principis sui
nudati erant, nec habebant, a quo defendarentur, opes ipsi suas, quibuscum-
que rebus possent, firmarunt. Et multa eorum, que ante Imperatorum
fuerant propria, ad se transstulerunt, ut, cum quisque civitate ac ditione sua
& regenda & tuenda munus Imperatoris obiret, ipse ejus nervis & quasi
viribus niteretur, ac cum Magistratus Principesque nostri illa usurpasse
sent aliquandiu, nec sine vi ab eorum possessione dimoveri possent, maluit
Rudolphus de jure suocedere, quam offendere voluntates eorum, quo-
rum opera & domi & militiae utiliter uti posset. Nec suspicatus fuit unquam
fore, ut qui ex ipso quasi patrimonio Imperii crevissent, non obtemperari
essent sibi, posterisque suis ultro, nec Rempubl. gratis animis adjuturi. Et
quoniam Princeps hic statuebat, se Imperium beneficiis multo facilius
quam vi atque armis tenere posse, decessit tamen non parum de publicis Im-
perii ejusdem facultatibus atque emolumentis. Quin ab eo tempore indies
magis ac magis extenuata fuerunt iura atque rectigalia Imperatorum no-
strorum, ut post Carolum IV. ex publico nostro & rectigaliis Imperii non
modo non nervos bellorum, sed ne pacis quidem subsidia amplius Imperia-
tores nostri habuerint. Debilitate quidem ratio haec potestatem, quam
penes esse debebat Summa rerum nostrarum, atque ita convulsi, ut, quibus
Principibus populisque Germanie imperare oportebat Casarem, eorum ipse
nutum inuieri quodammodo cogeretur ; cum presertim ei non amplius li-
ceret pecuniam atque militem, sine quibus nihil rerum magnarum beneri
potest, populis Germanie nostra impervare, nisi Principum atque Ordinum
consensus publicus accoderet. Et quae sequuntur apud eundem : Princi-
pio constat Imperatorem nostrum è publico Reip. nostra non habere, unde
ipse ac Familia ejus commode vivere possit : abundare autem singularium
regionum nostrarum Principes atque Magistratus, ad eosque tantum bono-
rum ac fortunarum fluere, ut non solum commode, sed etiam laute & cum
quodam splendore vivere queant. Quod quale sit, & quantum de Imper-
atoris existimatione atque autoritate detrahatur, non facile dixerim : Cer-
te alterutrum horum usi venire necesse est, ut aut Imperator ab iis, qui in
potestate ipsius esse debent, contemnatur, ut nunc tempora sunt, & mores,
aut damna hec Imperii, patrimonio suo, si quod habet uberioris quoquo modo
sarciat. Quorum alterum non potest non nocere Reipubl., alterum vero

eidem tanto minus commodum est, quanto diligentius ea, unde multum
emolumentorum ad nos reddit, quam tenuia, si que habemus, curare sole-
mus. Quare, ut Imperator noster è publico nostro tantum utilitatis atque
emolumentorum capere possit, quantum oportet, si uaderem Principibus
Magistratusque ejusdem nostre Reipublice, ut que vestigia publica
Imperii ad se transulerum Majores ipsorum, ea restituuerent, siue ita
censum Principis sui ad communem omnium utilitatem augerent, non esset
profectio, cur quisquam consilium hoc meum reprehendere deberet. Etenim
si Longobardorum Principes, cum primum Regnum suum constituerent, de
suo quod publici juris nullo tempore fuerat, in publicum tantum contule-
runt, ut Rex eorum Censum honestum haberi posset; quanto equius esset, ut
nos Imperatori nostro redderemus, que Majores ejus aliquando habuerunt?
Sed quia verisimile non est, Principes Magistratusque nostros à Jure inve-
rato sponte sui decessuros esse & passuros, ut res tam utilitatem a se au-
ferantur, ne detur causa motibus periculis: satius esse censeo institui ve-
stigia nova ad utilitatem Imperatoris nostri, quam vetera restituere. Cum
presentim populus non aque grave fuerit pendere vestigia novum, quam
Principibus atque Magistratus sua, que multum utilitatis afferunt, ve-
stigia amittere. Ac mibi viderur quidem, populis atque adeo cuncte Ger-
mania vestigia illud eo minus molestum futurum esse, quo singulorum ratio-
nes publicis commodis ita coninerividetur, ut quando Imperator noster
plus poterit, tanto singuli Reipublica nostre Goves & quietius vivere, & è bo-
nis ejusdem facilius crescere queant.

XXIX. De cætero Rudolphus Habsburgicus Imperator cum fasces
Regni Germani teneret, Marchionem de B. quidem & alios quam-
plures Nobiles in Svecia, Franconia, Alsacia, nec non aliarum Provin-
ciarum, qui possessiones Regni violenter sibi occupaverant, & Civitates
diversarum Regionum subjugaverant, titulo censuali humiliavit & devi-
vit, alibitamen in Italiæ à Bononiensibus, Florentinis, Genuensisibus, Lu-
censisibusque pro Libertate, sed in gravem Romani Imperii iacturam, gran-
dem congesit pecuniam, ut Trihemius in Chromio Hirsaugensi ad An-
num MCCLXXXVI. notat, Imperio tamen, non obstante liberalitate hac,
an dicam avaritia, ut ab aliis vocatur, Jus suum salvum in has Civitates
permanuit, eu illud tuctur Contingius de Finibus Imperii, c. 23,

XXX.

XXX. Successor Rudolphi Albertus I. Austriacus Imperator, observans in minuta per Interregnum Imperii bona, & avulsa vestigalia, quibus Regiae Dignitati tuenda multum decessit, mandavit ipse in Comitiis Noribergensibus Archi-Episcopo Moguntino & Coloniensi, ceterisque accipientibus telonium super Rhenum, ne incurant indignationem Regiae Majestatis, sed Episcopi telonia haec, quæ longo tempore ab Antecessoribus acceperant, & Reges minime turbaverant, noluerunt voluntarie resignare. Quod Rex haud bene significavit Papæ, qui Episcopos per telonium injusas exactiones facientes, & totam terram graviter perturbantes, corrigere tardavit. Hinc Rex illos diffidavit, & in Moguntia coram quibusdam Principibus super futuris gravaminibus appellavit, teste *Chronico Colmariensi parte altera sub fin.* Principes autem illi contra Albertum conspiraverunt, & Rudolphum pro Judice elegerunt, asserentes, ad Comitem Palatinum pertinere, quod sit officium Palatinae Dignitatis ex quadam consuetudine de causis cognoscere, quæ ipsi Regi movebantur, ut Rebdorffius in *Annalibus* scripsit, vid. Lehmannus l.c. lib. 7. c. 3.

XXXI. Postea Ludovicus Bavariae Dux, factus Imperator, toto tempore Regni sui circa sua propria ministrabat expensas: Civitates vero & Terra Imperii in paucis ei providebant expensis. Et pro maiore parte in Terra sua moram ipse traxit, quod à paucis suis Antecessoribus est factum, ut observat Rebdorffius. Tunc autem Joannes XXII. Papa cum videret Imperium discordia dilabi, putavit occasionem se habere, suos juvandi & provehendi ex Imperii bonis: Quare quecumque potuit sibi vindicare de Imperio per Italiam, fecit, deditque exemplum aliis faciendi: Erant tamen in Latio Gibellini multi, qui foedere se conjunxerunt, fortiterque restiterunt adversariis, ut notat Mutius *Rerum Germ.* l. 24. sed & ipse Ludovicus Imperator strenue se his opposuit, & in Comitiis Francofurtenibus inter alia Anno MCCCXXXVIII, nullos declaravit Processus Joannis Papæ, & quod Papa non posuit contra Imperatorem talia attentare, cum Jurisdictiones sint distinctæ: vid. Albertus de Rosate in l. 3. *Cod. de quadrienn. prescript.* M. Albertus & Hieronymus Balbus in *libro de Coronatione Caroli V. Imp.* p. 65. Cumque Benedictus XII. Papa quoque à Ludovico Imperatore prætenderet, ut ille se ac Filios suos ac bona & statum suum in manus & voluntatem Papæ ponaret, Imperator omnesque Principes, Civitates & Oppida Alemanniæ huic restiterunt in Comitiis Francofurtenibus Anno MCCCXLIV. quibus satis probatum fuit, Papæ

Juris

Juris in Imperatorem & Imperium nihil esse. vid. M. Albertus, & Mutius
loc. cit. Lehmannus Chron. Spir. l. 7. c. 17. 18.

XXXII. Pessime autem cum Imperii bonis actum fuit à Carolo IV. Imperatore, ut propterea Cæsar Maximilianus I. dixerit, pestilentiem peitem nunquam alias contigisse Germaniae; Spigelius lib. 5. in Guntherum. Ipse enim augendo Regno Bohemiae & Patrimonio suo, bona Imperii alii vendidit, donavit, oppignoravit, & callide dilapidavit. Nam cum Principes Electores in Electionem illius ab initio nollent consentire, ipse his magnas libertates, vestigalia & alia Regni bona liberaliter concessit, unde commercia per Imperium valde onerata fuerunt, de quibus vid. M. Albertus & Münsterus. Præterea ipse etiam in Italia Ducatus & Jura Clementi VI. Papæ contulit, Vicariatum Lombardie, Ducatumque Mediolanensem Sfortiis ære vendidit, Veronam, Paduam, Vicentiam cum earum Marchiis, quæ & juris & proprietatis Imperii fuerunt, per Venetos occupatas amisit: Ludovico Andegavensi, Caroli Francorum Regis Germano, suisque heredibus pro uno solenni præudio, sibi apud Villam novam prope Avenionem præparato, Regnum Arelatense ab Imperio dismembrando sive separando concessisse vulgo dicitur: de quibus vid. Scriptores Itali, Petrarcha, Theodoricus à Niem, Culpinianus, Conringius de finibus Imperii, & alii de Rebus Bohemicis. Cumque Anno MCCCLXXVII. Vetricus hic Imperii Filium Wenceslaum ignavum plane & indignum Imperio commendasset, singulis Principibus Electoribus centum mille aureos promisit, quos cum solvere non posset, vestigalia & alios Imperii redditus his oppignoravit, quos cum nexu pignoris liberare nequiere, maximum hoc modo damnum Imperio dedit: Sedecim juxta Civitates Imperii immediatas, Boppartum quoque & Velsiam Electori Trevirenſi, Rheydern / Oppenheim / Odernheim & Ingelheim Electori Palatino hypothecis devincens. Et sic evictarum est Imperium, deplunata Aquila, ut in reliquo ceteris animantibus sit coniunctui: Quid enim potest sine pemis? inquit Cardinalis Cusanus de Concord. Cathol. lib. 3. c. 30. & Cranzius l. 10. Chron. Saxon. c. 3. ubi addit: Aliquando melius actum esset cum Imperio, si neque Pater, neque Filius in eo fuissent. Nam Pater largitionibus, ut Filium extolleret, filius ignavis dissimulationibus Imperium attriverunt, inque eam, que nunc cernitur, tenuitatem adduxere.

XXXIII. Secutis temporibus Fridericus III. Imperator optimus fru-

ga-

galis fuit, neque sua profudit, neque aliena invasit, contra faciente Maximiliano filio, ut Gerardus de Roo de utroque Judicat in Hisfor. Austriae l. 9. De Friderico tamen Cranzius lib. II. Saxonie cap. 33. scribit: Fridericus paratus ibat & redibat per Italiam, nulli formidandus: Videre ille potius equis oculis, quod priores non poterant, de viceribus Imperii alios inerascos. Quoties apud illum ficeret rerum comploratio, quod hec & illa fierent, hec & illa timerentur fertur respondisse: nec dum esse tempus illa emendandi; nec tamen illo vivente tempus hoc impletum est, nesciut quando implendum. Jam res eo vergunt, ut Alemannia, que pridem amissi vacuarem, omnem deinde perdat Imperii honorem, rebus inclinanibus ad Gallos. Idemque cap. 30. Lays egregia Friderici. Pacem Ecclesie reddidisse, sed aliquanto major, si hoc adiecisset operi suo, ut auro Provincia non emungantur, vel ut ipse Pater Patrum ex auro, quod ex Annatis corradi, Christianismum tui aretur, non suos Nepotes glorificaret: Hec qualicunque seculo tum Rex, ut per omnem etatem reliqua Imperii derimenta, dissimulabatur. Conquerebantur etiam Principes Electores & Status Imperii in Comitatis ad Confluentiam Rheni & Mosae Anno MCCCCXCI. quod Imperator Fridericus Imperium multis collectis contra morem antiquum oneret, & novum Tributum indixerit in ære, cum antea Imperium Auxilium Imperatori praestiterit in milite. vid. Lehmannus in Chron. Spir. l. 7. c. 121.

XXXV. Sic ergo successive redditus Imperii, ad tuendum Imperii Decus destinati, qui tempore Friderici I. Imperatoris, ut ex Schneidewino in Inst. de hered. ab inest. rubr. de Success. Fiscin. 5. refert Klock. de Arar. lib. I. c. 4. n. 54. ex Germania & Italia sexaginta tornas auri adhuc confecerunt, in tantum decreverunt, ut hodie fere nulli amplius sint, prater exiguum illud, quod nonnullæ Imperii Civitates etiamnum nomine der Städte Steur Imperatori pendunt. Olim fere omnes & singulae Civitates Imperii quotannis non levem pecunia summanam loco tributi in recognitionem immediata subjectionis Imperatori solvere obstricta fuerunt, sed hoc ipsum Cafari pendi solitum tributi genus, quod venit nomine des Reichs Schillings / der Reichs Steur der Städte deinde Imperatores quibusdam Civitatibus ex singulari gratia & benignitate, aliis propter insignia benemerita, aliis pro certo perfido pretio, vel in totum, vel pro parte remiserunt, aliae aliis titulis se ab ejus præstatione liberarunt, sicutque partim venditione, partim oppigoratione, partim donatione, partim alia distractionis specie de-

E

perdi-

perditum est, vel in aliorum manus pervenit, ut videre est apud Knip-
schild de Jurib. Civit. Imp. lib. 2. cap. 17. n. 22. seqq. Linn. ad Capit. Carol.
V. art. 23. pag. 252. seqq. Hinc summa, quæ à Civitatibus Imperialibus ho-
dienum illi oneri adhuc obnoxia persolvitur, temporis successu adeo
decrevit & imminuta est, ut hodie vix ad viginti millia florenorum
ascendat. Et carent eapropter Capitulationes Cæsareæ: Nachdem das
Heil. Röm. Reich fast höchstlich in Abnehmen und Ningerung gekom-
men / so sollen und wollen wir neben andern die Reichs- Steur der
Städte und andere Gefälle/ so in sonderer Personen Hand gewachsen
und verschrieben / wiederum zum Reich ziehen / auch eine gewisse de-
signation, in wessen Händen dieselben jehiger Zeit seynd, inner 6. Mo-
naten den nächsten nach würdlicher Antritung Unserer Käyserl. Re-
gierung zur Mainzischen Chur- Fürstl. Cantzley einschicken / und nicht
gestatten / daß solches dem Reich und gemeinen Nutzen/ wider Recht
und alle Billigkeit entzogen werde; es wäre dann / daß solches mit
rechtmäßiger Collegial-Bewilligung aller 7. Chur- Fürsten gesche-
hen wäre. vid. Capit. Carol. V. art. 23. Ferd. I. a. 22. Maxim. II. a. 25.
Rud. II. a. 24. Ferd. II. a. 27. Ferd. III. a. 31. Ferd. IV. a. 29. Leop. a. 29. Jo-
seph. a. 28. Notandum vero Civitates Imp. has collectas preter omnia
alia Imperii onera ordinaria & extraordinaria præstare teneri, & hoc
unum Civitates Imperiales in duriorem causam obligat, quam cæ-
teros Imperii Status, qui consimili onere haud gravati sunt. Coguntur
igitur Imperatores hodierni proprio succo vivere, nullos pene redditus
ex Imperio amplius percipient, quibus Imperatoriam sustineant di-
gnitatem, tueantur Majestatem, Imperii ferant onera, cum nullum
sit commune Imperii ærarium, nullus miles publicus, sed quilibet Or-
dinum suis viris, suarumque ditionum redditibus gaudeat, proque ar-
bitrio utatur, fruatur, collato in publicum non nisi exiguò quopiam,
idque post ambitiosas demum in Comitis Imperii sollicitationes, cum
vel tandem nimirum Status Imperii, ingruente bello, vel alia eaque extre-
ma Reipubl. necessitate imminentia, in summo periculo, ut plurimum non
sine ingentibus difficultatibus, aliquot menses Romanos conferendos an-
nuunt, (etliche Römer Monath einwilligen) seu collectas quasdam Im-
periales, vel in pecunia vel in milite præstandas in se recipiunt. De quo
apud Fridericu II. Palatinum non sine causa conquisitus est Maximilia-
nus I. Imp. inquiens, Domum Austriae am consideratione Imperii, ex quo
mobil

nibil tamen trahat, ut millionibus debitorum se onerasse, referente Huberto Leod. in vita Friderici I. Electoris Palatin. add. Limin. ad Capitular. Carol. V. Imp. art. 9. verb. dasjenige so davon kommen. v. 19. seqq. pag. 169. seq. & art. 23. Ea proinde nunc est Imperii Romano-Germanici conditio, ut requirat Imperatorem potentem ac divitem, qui ex propriis Regnis & ditionibus Imperialis dignitatis splendorem, & tanto fastigio necessariam pompam sustinere valeat; & inde factum quoque est, ut Serenissimæ Domus Austriae, ex qua jam XVI. & ab Alberti II. tempore sine interrupta serie XIII. tam literarum triumphis quam militaribus victoriis inclitos Imperatores & Reges Romanorum Augustos numeramus, præ alius semper in Electione habita fuerit ratio, atque ex Inclita hac Familia tot Heroes per tria nunc fere secula continua serie Germania & S. Rom. Imperii Sceptris ad moti sint, per liberrima Electorum vota & suffragia, qui juxta excelsas animi Virtutes gloriose hujus Gentis magnitudinem & eminentiam, insignia in Remp. merita, potentiam, tot hereditiariorum Regnorum, Provinciarum & ditionum possessionem, & inde obvenientem redditum, dignitati tanta sustinenda sufficientium copiam, quæ vix ulli aliis Familia Illustri in Imperio suppetat, prudenter resipexerunt ac considerarunt.

XXXV. Cogitatum ac consultatum aliquoties fuit de salutaribus, quibus publica huic egestati & necessitati Imperii subveniri posset, remediis, & varia eorum a diversis sunt propofita. Putarunt quidem, Status privilegiatos sponte singulis annis Imperatori aliquid conferre debere: Alii rati sunt, urgendam restitutionem vestigialium publicorum, quæ quondam Principe occuparunt. Sicut in Gallia aliquoties ejusmodi immensas donationes Regias à Curia Parisiensi revocatas & abolitas ex Bodino, Connano & aliis tradit Befoldus de Arar. publ. c. 2. n. 4. & à Rege Suecia modo anno 1690. omnia à Predecessoribus in Ducatu Pomerania, Principatu Verdeni, quounque titulo in prejudicium Status publici alienata bona, ex prætensa inhærente qualitate domaniali, ob quam inalienabilia & impræscriptibilia, revocata esse (juste ac injuste aliis discutiendum relinquimus) constat ex Gryphe in integrum restituto ope Leonis. Ast hoc consilium dispiicit Julio Pflugio libr. singul. de Republ. German. quia vestigalia benignitate Imperatorum concessa & virtute præstantissimorum Herorum promerita, plurimumque lustrorum decursu quiete possessa sunt, ideoque eadem parum juste possessoribus

auferti, & Imperio cursus vindicari ipsi videntur, præsertim cum id vix
sine motibus & turbis fieri posset. Ac licet Hippol. à Lapide *de Ratione
Statut. part. 3. c. 3. sect. 2.* Electores ratione telomiorum, ipsi a Carolo IV.
oppignoratorum, cum centena millia aureorum singulis pro electo fi-
lio Wenceslao promissa exsolvere haud posset, pro male fidei possesso-
ribus habeat, qui jure meritoque ea Imperio restituere debeat: Atta-
men Statibus Imperii oppignorationes Imperiales, tam per Capitulatio-
nes Cæsareas (vid. *Capital. Carol. V. art. 4. Ferd. I. Max. II. Rudolph. II.
art. 4. Matth. Ferd. II. III. IV. Leop. Joseph. art. 3.*) quam Instr. Pac.
Westph. art. 5. §. 27. oportere confirmatas esse conflat: non inquit spes est,
ipso restituturos tamdiu Legum publicarum authoritate possulum op-
timum ejusmodi bolum. Hinc alii nova Imperatori vestigalia constitu-
enda esse existimarent: Alii ex bonis Ecclesiasticis Imperatori aliiquid
concedendum censuerunt. Et sane Conring. *in notis ad Lampad. p. 3. c.
6. in append. p. 247.* non abs re fore arbitratur, si bona Ordinis Teuton.
ac Johannit. que passim per Germaniam sint amplissima, ac (ut ipsius Con-
ringii formalia habent.) non nisi exigua sui parte in aliquem militie, cui
destinata, usum impendi solent, sed pleraque ab origiis, sepe etiam ab igna-
vis fide consumuntur, ipsi Imperatori addicerentur, ut in Hispania, que
hic pro eximio exemplo esse possit, factum, ubi, cum Regia opes non
responderent Regia Dignitati, Magistri autem trium eorum, qui ibi
sunt, militarium Ordinum iis abundantare, Ferdinandum Catholicum
ad tuendum Regni decus Magisteria illa sibi suæque posteritati vindicas-
se dicit. Quod factum tanquam minus æquum improbat quidem Maria-
nalib. 26. *Hist. c. 5.* sed non esse, ipse judicat, quare nostros homines mo-
veat Marianæ sententia, præsertim in tanta Imperii, quod Cæsarem qui-
dem attinet, publica egestate, que tamen omnino, quam fieri possit com-
modissime, corrigenda sit. Rex namque egens redditibus, magna est cala-
mitas, Gualter in *Chronol. Ecclesiastico-Polit.* sub ann. 478. Optima ve-
ro & innocentissima via Reip. proficiendi, restaurandique nonnihil vi-
res Imperii visa fuit, Cæsarem in Capitulatione sua adstringere de non
conferendis iterum Feudis Imperio apertis, sed iisdem in usum illius re-
servandis. Cui convenienter in Caroli V. Imp. & omnium Successorum
ejus ad Ferdinandum IV. usque Capitulationibus articulus eo pertinens
ita simpliciter conceptus: Wann auch Lehen dem Reich und Uns bey
Zeiten Unserer Regierung eröffnet/ und lediglich heims fallen werden/ so
etwas

etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumb / Graffschaffen / Herr-
schaften / Stadtz und dergleichen / die sollen und wollen Wir ferner nie-
mand verleihen / sondern zu Unterhaltung des Reichs / Unter und ande-
rer nachkommender König und Käyser behalten / einzehen und incor-
poriren / bis so lang dasselbe Reich wider zu Wesen und Aufnehmen
kommt ic. Sed in *Capitul. Ferdin. IV. Leopoldi art. 30.* & *Regis Rom. Jo- sephi, art. 29.* Verba posteriora jam ita habent : Die sollen und wollen
wir ohne Vorwissen der Sieben Thür- Fürsten niemand leihen ic.
per quæ igitur jam amplior , liberiusque disponendi potestas Impera-
toribus iterum data est circa Feuda majora , Imperio aperta , quam ex
prioribus Capit. iis competit. Cum enim in anterioribus Capitulat.
Imperator pure fidem dederit , le feuda ad Imperium redeuntia aliis non
collaturum, sed Imperio reservaturum esse , ut Dignitatis Imperialis , &c,
quos hæc postulat , sumptuum Reipubl. causa faciendorum subdium
sint, eaque ratione paulatim Imperium ad pristinas vires atque potentiam,
citra injuriam eorum , qui nunc plurimam patrimonii ejus partem quo-
cunque jure in manu habent , emergere queat ; jam hæc noviores tres Ca-
pitulationes non crude interdicunt potestati , sed eam indulgent & laxant,
cum restrictione tamen ad requirendum Electorum consensum ad colla-
tionis actum. Cæterum via hæc Imperio prospiciendi parum ci hacte-
nus profecit , emolumentique attulit. Vix enim vel unicum exemplum
Feudi aperti , in illum usum impensi , poterit allegari , de quo ipsi Electro-
res conquesti ap. Conring. ad *Lampad. p. 3. c. 5. p. 125.* Si igitur Sacro-
sanctum nostrum Imperium in suo vigore porro fitare , ac perennare de-
bet , alia sane ratione eidem & Sacratissimo illius Capiti de mediis
subsistendi , decusque & splendore tuendi , omnino
providendum erit.

C O R O L L A R I A .

I. Felonia à Vasallo commissa , non tantum ipsi de-
linquenti Vasallo , sed Liberis & Descendentibus ejus
quoque nocet , ut ipsi perinde ac Pater eapropter à Feu-
do excludantur , nisi speciali eorum favore vel intuitu

Feudum æque illis ac Patri concessum fuerit: Agnatis tamen non nocere, sed his merito Jus suum, quod habent ex prima Investitura, integrum manere & conservari debet.


II. Cum in Imperio nostro Rom. Germ. à quovis Vasallo in præstito immediato suo Domino Juramento fidelitatis semper excepta intelligi debeat Persona Imperatoris, non excusabit Vasallum Præceptum Domini immediati à poena privationis Feudi, ob præstitum huic contra Imperatorem Imperiumque auxilium. Cujus contrarium minime evincunt argumenta Autoris Consilii à Londorpio Tom. II. Act. Publ. l. 6. c. 123. exhibiti.

SOLI DEO GLORIA.



GORGOLIARIA

I. Petrus a Vaglio coniunctus non invictus fuit de
provinciâ Astillio, sed Lipsie & Delleghemus clauso
quendam hocce in Ipsi Berlinge ac Peter abbate regis
de exequundisim, nisi ipsa illi solita rite volo ad inveni
Petr.



ULB Halle
006 380 859

3



vd 18



3724. 125 49.
 DISSERTATIO INAUGURALIS,
^{de}
DOMANIO
S. ROMANO - GERMANICI
IMPERII.

Quam
 AUSPICIIS DIVINI NUMINIS,
 Ex Decreto
 AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM ORDINIS
 IN ALMA EBERHARDINA,

P R A E S I D E
DN. GABRIELE SCHWEDERO,
 U. J. D. Serenissimi Wirtemberg. Ducis Confiliario, ac Juris
 Publici & Placitor, Feudalium Professore Publi-
 co Celeberrimo.

*Domino Cognato, Patrono, & Preceptore Parentis
 instar venerando.*

P R O
 Summis in Utroque Jure Honoribus
 legitime consequendis,

I N A U L A N O V A

Ad diem XII. Novembr.

Solenni Eruditorum Examini
 fisti.

JOHANNES EBERHARDUS PREGIZER,
 Secretarius Extra Ordin. in Supremo Justitiæ
 Consilio Wirtenbergico.

T U B I N G A E,
 Typis JOHANN. CONRADI REISII.
 A. M. D CC III.